PHILIPPI AVREOLI THEOPHRASTI PARACELSI VTRIVSQVE

Medicinæ doctoris celeberrimi, centum quindecim curationes experimẽtáque, è Germanico idiomate in Latinũ versa.

ACCESSERVNT QVÆdam præclara atque vtilissima à B. G. à Portu Aquitano annexa.

Item abdita quædam Isaaci Hollandi de opere vegetabili & animali adiecimus.

Adiuncta est denuo Practica operis magni Philippi à Rouillasco Pedemontano.



Excudebat Iohannes Lertout.

M. D. LXXXII.

JLLVSTRI GEnere, pietate, doctrina, & clementia maximè insigni Domino, D. Johanni de Ferrieres Vidamio Carnutensi, principi Cabaneo, &c. Domino suo clementissimo.

QVANTA sit præstãtia artis chimiæ (Illustriss. domine) non solùm historiæ veterum, verùm etiã hoc nostrum seculum liquidò testatur. Reges enim & principes hanc artem quondam & amasse, & excoluisse, & exercuisse, multi historici non so-

lùm teſtantur, verùm etiam narrant & affirmant: qui hac ſcientia digniorem nullam (poſt diuinorum myſteriorum contemplationem) Regiam vitam decuiſſe arbitrati ſunt. Ægyptiorum fuit hæc philoſophia propria, qui omnibus temporibus myſteriorum tam diuinorum quàm naturalium, notitia & laude celebres habiti ſunt: à quibus etiã quodcumque eſt ſublimioris cognitionis & doctrinæ, ad nos promanauit. Atque vtinam apud nos de excellenti illa ſapientia reliquiæ veræ ſupereſſent. Defecit enim hæc noſtra ferrea ætas ab aureo illo ſeculo, & ita defecit, vt veræ artes & pulcherrimæ ſcientiæ in deformes chimeras & fera monſtra degenerarint. Quondam ſublimia ingenia philoſophorum atque generoſæ Regiæ mentes occupabantur ſtudioſiſſimè indagatione

rerum excellentiſſimarum, ſecretioris philoſophiæ & myſteriorum naturalium, quibus toti ſuo populo & belli & pacis tempore fuerunt præſidio. Noſtra ætas mortuas rerum vm bras inutiles phantaſias & mundanas delicias excolit, quibus altior illa veterum philoſophia planè eſt deleta. Antiqui, maximo deſiderio & amore, nobiliores illas artes expetebant, harúmque gratia multis ſe fluctibus obijecerunt, quo illis potiti, ſe patriámque ſuam celebriorem redderent. Vnde Diuinus ille Plato Ægyptum adiens, ſublimen illam philoſophiam hauſit. Quis neſcit Democritum Abderitem Indiam, Scythiam Ægyptúmque peragraſſe? nec niſi voti compotem omni doctrinarum genere imbutum reuerſum eſſe, vbi tanquam vnicum lumen & ſalus patriæ iure habitus eſt: eo labo-

rante, patriam laborare, eo moriente, patriam mori, Abdiritæ vno ore confeßi ſunt. Cui non eſt nota illa inſignis expeditio totius Græciæ in Colchicas inſulas, quos nec labores, nec pericula, nec ferociſſimus Rex deteruit, quo aureo vellere potiti ſe & patriam ſuam ditarent? Noſtro tempore tam inter Reges quàm inter ſubditos, inter Doctos & indoctos, non ſolùm huius artis negligentia & contemptus gliſcit, verùm etiam odium & ira eorundem in tam præclarum lumen graſſatur: quo fit vt illi qui altiori mente ſpagyricas illas artes veterum decora alta parentum in lucem reuocare conantur, ignobiles & in obſcuro relinquantur, omniúmque inimicitias experiantur: cùm non habeant patronos & mœcenates qui eodem ſtudio delectentur. Hinc præclara multa ingenia,

genia, (qualia noſtrum ſeculum plu
rima fert) deprimuntur, vt ad ſco-
pum ſibi propoſitũ non liceat ipſis
peruenire, dum deſtituti patronis,
craſſioribus & vilioribus rebus ope-
ram dare, & ſtultis miſeri ſeruire co-
guntur, qui etiam pecunijs & hono-
ribus & mundanis delitijs renunti-
ant, quò deperditas artes reſtaurare
queant. Verùm licet ſint pauciſſimi,
rariſſimíque muſarum fautores &
cultores, inuenitur tamen interdum
vnus & item alter (quemadmodum
omnia præclara rara) qui amore, &
fauore eiuſmodi artes earumdém-
que auctores proſequantur. Inter
quos tu generoſe & Illuſtris Prin-
ceps, nõ poſtremum obtines locum.
virtus enim tua illuſtris & ſingularis
ſapientia tibi ad hanc rem calcar ad-
dit: dum nullum temporis momẽ-
tum præteruolare ſinis, quo non vti-

lem aliquam operam aut cogitando aut reipſa præſtando naues, vt quæ ſunt forti & generoſo principe maximè digna, exæquaris adeò, vt quicquid otij ac temporis à grauiſſimis negotijs tibi ſupereſt, his ſtudijs eximijs tribuas. Hinc tua illa moderandæ reipub. ſingularis & rara prudentia, dum non ſolùm ea quæ ante pedes ſunt mala, ſed & ea quæ futura ſunt, ſalubri prouidentia noſti auertere. Cùm enim incitamenta motuum intelligis, ſuauitate ſermonis, conſilio & ſapientia mentes concitatorum mitigas, ſedas, placas, bonorum animos erigis, vt citò ac tutò & iocundè vulnus inteſtinum cures, vt ſine tumultu petulantes & ſeditioſos animos in concordiam & amorem patriæ facias conſpirare: alios muneribus, amicitia, familiaritate, beneuolentia, quoſdam pollicitationibus,

nibus, nonnullos publici amoris affectu, erga patriam concilias & placas. O Sapientissimum Principem! ampliss. familiæ decus, Galliæ ornamentum, patriæ lumen, Reip. salutem, pacis tutamen, pacificorum sustentaculum, studiorúmque spem, ad te omnes tanquam ad asylum eximiis artibus celebrem vndique conconfugient, te vnicum Musarum patronum, summis laudibus non immeritò prædicabunt. Quapropter ego alacritate quadam remoto metu, & aucta spe, tibi bonorum omnium nobiliss. fautori & patrono, hoc mearumq́ lucubrationū præludium offero, ascribo, dedico, in quo magni illius Germani Philippi Theo. Paracelsi experimenta comprehenduntur: vnà cum egregijs quibusdam particularibus: quæ qualia sunt res ipsa indicabit. Etenim spero

ſi hæc mea qualiacumque T. E. legerit, fore vt non repudientur, ſciens heroicum tuum animum æquitatis & veritatis in omnibus eſſe conſtantem amatorē. Interea me cum omnibus meis ſtudijs & qualibuſcumque officijs offero: maiora quæ tibi offeram non habeo. Vale.

Baſileæ.

ELENCHVS EORVM QVÆ IN HOC CONTINENTVR OPVSCVLO.

1 Epiſtola dedicatoria, in qua de ſpagyricæ artis laudibus agitur.

2 Præfatio Apologetica in qua probatur metalla debitè præparata ægris corporibus ad ſanitatem prodeſſe, & abſque his grauiſſimos morbos ſanari: Auri potabilis deſcriptio adiungitur, aliáque plura notatu digna.

3 Centum quindecim experimenta curationéſque ſummi philoſophi Theophraſti Paracelſi.

4 Regulæ ſeu canones 159. philoſophici de lapide philoſophorum, ſine quibus vix ad optatum finem opus perducere licet.

Secundus tractatus quatuor ſpecifica continet.

1 De vera Antimonij præparatione, tum ad metalla tum ad humana corpora ſananda & tingenda.

2 Torpetum Leonificatum, multas in

ſe virtutes continens.

3 Laudanum eſt, tam externos quàm internos dolores compeſcens.

4 Panchimagogon correctum, noxios ſpiritus humoribus commixtos expurgans.

RELATIO omnium morborũ ad quatuor præcipuos, qua authoris mentem facilius conſequetur.

DVOS TRACTATVS DEnuò inſerere hîc mihi placuit, in primo quatuor continentur, ſcilicet

1 Iohannis Pontani ſummi philoſophi de lapide philoſophorum epiſtola egregia.

2 Quot & qui ſunt philoſophorũ ignes.

3 Quot & quæ ſunt aquæ mercuriales.

4 De triplici philoſophorum mercurio.

SECVNDVS TRACTATVS quatuor etiam continens.

1 Epiſtola dedicatoria ad doctiſſimum virum Iohannem Aquillam Saxonem.

2 Veri auri ſulphuris & aliorum metallorum, tum precioſorum lapidum ac corallorum extractio.

3 Antimonij mirabilis præparatio aquam

quam vel alium liquorem in ſuum rubrum colorem tingens.

4 Primæ materiæ in aquam reductio, cui ſi pars vna liquoris permanentis tribus partibus reſolutæ materiæ adiungatur, fit vniuerſalis medicina.

Acceſſit denuò Practica operis magni illius Philippi à Rouillaſco Pedemontano. de lapide philoſophorum. Deinde Iſaaci Hollandi de opere vegetabili, & de opere animali collectanea hactenus occulta, déque quinta eſſentia ex ſaccharo, melle & herbis.

ARTIS SPAGYRICÆ
ad lectorem prosopopœia.

FRVSTRA Pierides opem tulistis,
Vitta quæque meum liget decenter
Ornastis lepidum caput decora,
Tot ni deliciæ, tot aut lepores
Riuales mihi iam dedant amicos.
Ergo fronte meos terendo quærens
Nodus qui redimit tenus capillos
Dum piget mediam videre: tantum
Decus sollicita iacere noli.
Et te ni facies mouet, decénsque
Rubor, ni roseo cadens ab ore,
Saltem diuitiæ meæ beare
Quem possunt, faciant precor sodalem.

Verteuillius Burdegalensis.

Hunc non sperne librum, vel nos meliora doceto.
Nam turpe est alios carpere, scire nihil.

EPIGRAMMA.

Qui puros sophiæ videre fontes,
Arcanos chymiæ tenere calles,
Fructus Hesperidum suaueolentes,
Necnon Æsonidum referre gemmas
Exoptas, veteres legas nouósque.
At scriptis veterum nouísque lectis,
Magno quod fuerit labore partum,
Longa quod fuerit die petitum,
Ingenti fuerit quod ære oblatum,
Angustus dabit hic tibi libellus:
Non magno tibi comparatus ære,
Magno non animi labore lectus,
Longo tempore non tibi relectus.
Et cessas veterum libris nouísque,
Hunc æquare, licet breuem libellum?

A. F.

B. G. LONDRADA A PORTV, AQVITANVS:

In librum experimentorum Paracelsicorum, Præfatio Apologetica: in qua probatur, ægrorum corpora, seminibus morborum referta, sine metallicis medicamentis vix sanari posse, contra quorumdam virorum scripta, negantium metalla quoquo modo parentur, humanæ naturæ prodesse.

IN DIVINIS literis (humane lector) hanc inter cæteras legẽ plenam amoris Christiani inuenimus. Errantem asinum aut bouem proximi tui, domino suo restitues. Quo æternus Deus mutuam dilectionem inter nos stabilire, & luculentissimo confirmare argumẽto voluit. Sic enim aduersariorum nostrorum errantes pecudes curare diuinæ leges mandant. Quantò magis amicorum nostrorum miserabiles casus & pericula corporis & sanitatis arcere & auertere volunt, quapropter cùm ego plurimorum medicorum nostri

temporis errores cum Theophrasto Paracelso aliísque præstantibus viris intelligerem, cogitare cœpi qua ratione ego veræ medicinæ, quæ ex lumine naturæ deducitur, & non ex tenebris ethnicorum scriptis, possim fieri particeps. Duxi igitur peregrinandum esse, locáque remota accedenda, & inquirendas artes vndique: non domi per otium sperandas & expectandas. Accinxi igitur me itineri, & peregrinationibus, laboribúsque, inuestigaui, & didici ea quæ ex amore Christiano diutius subticere nequeo: quo errantes filios doctrinæ in viã reuocem, explicato meo itinere & laboribus, excusatis & defensis illis, qui hodie omnium odio obiiciuntur ab Ethnicæ medicinæ admiratoribus, quorum etiam fraudes aliqua ex parte detegere conabor, vbi indicabo quid in posterum à me genuinæ medicinæ studiosi expectare debeãt. Quosque libros verè medicos vndiquáque à me collectos, ex misericordia erga errãtes publicæ communicaturus sim vtilitati. Interea res requirit vt odium vulgi, à me aliísque spagyricæ scientiæ amatoribus declinem; aduersariísque debitè respondeam. Quorum ea est peruersitas & malitia, vt aliorum inuenta quibus cum aliquo suc-

cessu

ceſſu atque emolumento vti ſe poſſe animaduertunt, tumidis verbis annichilent, reiiciant & damnent. Ipſi vero interim, debitas autorum laudes ſibi ipſis vendicent, mendacíque furto, inuentores artium, ſuis ſpoliēt honoribus, gaſtuta hæc eſt cautio ex antiqui ſerpentis profluens fraudibus. Quādo enim audiuntur paſſim teſtimonia (lippis & tonſoribus nota) de quibuſdam inſuetis grauiſſimorum morborum curis, quæ beneficio tincturarum & ſpirituum vegetabilium, & mineralium perficiuntur arte & induſtria illorum, quos vulgus hodie Chimiſtas vel Alchimiſtas appellitat, mox illi ex aduerſo ſe ;opponunt, clamantes nihil poſſe præſtare carbonarios medicos. Sed ſuis venenatis remediis omnes interficere qui ſe ipſorum curis committunt: arcendos eſſe ex rebuſpub. deceptores eſſe: extractiones illorum, præparationes, ſpiritus denique nimis attenuatos, & ſubtiles, nihil prodeſſe: ſpiritum vitrioli venenum eſſe, nihil eſſentiam antimonij & mercurii, nihil ſulphuris extractionem, nihil auri liquorem, & in ſumma omnia eſſe humanæ naturæ contraria, & pluſquam baſiliſci oculos fugienda, interim clanculum tanquam inſidioſi & ingenioſi fures amiſeris chymi-

ſtis, qui nocte diéque ignis vim ingenti labore ſuſtinent, arcana medica expiſcantur, & pollicitationibus eliciunt, clam captantes ea quæ vulgò tanquam venena prohibent, vt deinde pro ſuis venditent. Et tam impia iniuria gratiam & fauorem, laudem, præmia & remunerationes hominum in ſe deriuant: quæ omnia, aliàs, legitimo & optimo iure illis debentur, qui labores ſudore, vigiliis, ſolerti indagatione, arte vulcani in rebus naturalibus talia inquirunt, & publico vſui communia faciunt. Neque hoc ſolùm verùm ingentia volumina, nugis, mendaciis, & ſophiſmatibus referta in publicum edunt. Conantes lucem tenebris & veritatem mendaciis & luculentiſſimam operatricem practicam, ipſa veritate ſtabilitam, inani ementita, atque ex ſubtili cerebro deducta theorica opprimere, euertere, delere. Dico tibi, ſplendide Rhetor, qui Paracelſum laceras, quomodo vnquam poteris verbis nugatoriis ipſum opus delere, & practicam theorica refellere? Eſne tã magnus doctor, & neſcis te tantùm profeciſſe quãtùm ipſo opere efficis? Docet Paracelſus epilepſiam curãdam eſſe ſpiritu vitrioli, & præſtitit, & opus ipſum indicat quotidie: proba tu contrarium, eandémque

démque curato pillulis, sirupis, & electuariis, ita vinces. Non satis est, adductis illis rationibus, probare medicinam metallicam non conuenire humanæ naturæ. Nec posse metalla, ita præparari vt sanent. Negas id, quod re ipsa præstatur, & oculis cernitur? Turpe est ignorare, quod omnibus scire contingit. Absque dubio audiuistis morbos periculosos curatos fuisse tincturis metallicis, illegitimè etiam præparatis, ab adulterinis Theophrasteis, vt vitro antimonij, quod radicitus ipsas impuritates febriles subito euellit, quãquã cum maxima viriũ prostratione, sanat tamẽ: etiã si nos periculosas illas curas non approbemus, & sic de aliis multis. Iã si id mineralia faciũt nõ rectè præparata, quid censes si legitimè præparentur, & à veneno repurgentur? Et quomodo potes bona conscientia ea reiicere, quorũ tu nullam habes notitiam? Nequaquam sufficit aliquid affirmare, nisi probabilibus fundatísque rationibus confirmetur. Quilibet censorem Paracelsi vult agere: quem facilius est reprehendere, quàm imitari, dum quisque altero doctior videri & existimari cupit, ab aliis tamẽ nemo discere. Dico, quẽlibet Theophrasticorũ qui tãtùm carbones operi apportat, posse vobis tria

Theophrasticæ medicinæ principia ad oculum ostendere. Gustastíne acerrimum sal? suauissimum oleum, & balsamum, iucundissimum liquorem? quæ omnia vos hactenus in rebus quibuscunque creatis latentia non olfecistis spiritus metallici, in quibus est medicina, nullo modo possunt inuestigari, & quid habeant virium & communionis cum humana natura intelligi, nisi per ignem. Quemadmodum fumum mercurij venenum esse naturæ humanæ, ignis primus indicauit, nulla speculatione subtilissima. At tu numquam tractasti carbones, nec minimum balsamum ex vegetabilibus elicere potes. Ergo tu medicinam metallicam cùm nescias quid ea sit, non potes coniicere. Itaque iudicas de rebus ignotis, tanquam cæcus de coloribus. Nónne stultum est scribere contra rem & eandem primum bene non intelligere? Imò cùm iam intelligunt Paracelsicæ disciplinæ dediti; vos fortiora arma nō habere, quàm ea quæ hactenus collegistis, cōcludant vos potius confirmare & stabilire medicinam Paracelsicam quàm refutare. Non enim satis est, rem falsam dicere, nisi meliora probabilioráque in medium adferantur. Hinc patet vos nimirū alere occultam inscitiam

rerum

rerum naturalium. Quid ? eſtis tam magni Phyſici magníque philoſophi ? quomodo vobis occultæ ſunt pharmacorum poteſtetes ? ánnon hac in re propè acceditis ad Empiricos, quos ingenti ſuperbiæ & ſcientiæ faſtu reiicitis ? quando dicitis, Nec enim medicus eſt Chymicus, etiam ſi ſummus fuerit: ſed qui iudicio rationéque ſingula morbis remedia facere & vſurpare didicerit. Nam in his ſumma laus & gloria medico,ac mera ſalus ægro cõſiſtit. Quàm friget hic homo & rationalis medicus, qui ratione non manu præparat medicamenta. Is eſt medicus qui medicamina propria ſua manu à veneno repurgat, & præparata acri iudicio propriis morbis applicat, vt ſemen morbi radicitus euellatur. Hinc theoricam & practicam & rationem & opus oportet concurrere. Iudicium ſine practica eſt ſterile. Dic mihi, quomodo accidit vt mercurius reſiſtat morbo venereo & ſcabiei malæ ? cur iubetis miſeros ægrotos argento viuo inungere, tanquam opiliones ſuas oues inungunt ? quomodo fit, inquam, vt mercurius contra hoſce morbos ſit ſpecificum optimum? negatis metalla aliquid & maximam quidem eorum partem ad morbos ſanandos afferre? cur iubetis lepro-

ſos aurum deglutire? cùm in iuſculis caponum decoquitis, cur aurum foliatum pilulis & electuariis immiſcetis? Retuſum eſſe ſæpius impetũ lepræ, ne in ſuperficiem cutis erumperet, crudo auro in ſtomachum demiſſo non ignoratis. Ergo ſi hoc facit aurum non reſolutum & compactum, quid non facerent ſpiritus auri laxati à craſſitudine ſua? Si non vultis Theophraſto credere periculoſiſſimorum morborum curationem in metallis latere, credite ſaltem illis qui ante Paracelſum vixerunt, inter quos præcipuus eſt Arnaldus Villenouanus, qui libro De conſeru.iuuent.inquit, Perlæ vel Margaritæ in liquorem reſolutæ confortãt calorem naturalem, conferunt cardiacis, & timoroſis, & propriè clarificant cordis ſanguinem: ſicut ægritudines multæ hiſce ſint curatæ. Eſt enim ſal de minera quod ſapientes nominauerunt lapidem animalem, alij Chifir minerale, & totum ingeniũ præparationis eſt, vt in aquam puriſſimam & potabilem reſoluatur, cum rebus quæ proprietatẽ eius non deſtruunt. Hæc Arnoldus, qui de contuſione minimè, ſed ſolutione loquitur: ſed quare ea huc affero? Nimirum vt videatis, quod proprio vos iuguletis gladio: vtimini margaritis non proforatis corallis,

gemmis

gemmis in vestris electuariis, & in iusculis easdemque contunditis in puluerem. O! facitis quidem virtutem medicatricem in gemmis, at vt mali coqui rusticanęque mulieres agunt, quum in ipsorum manus vel perdices, vel lepores incidunt, ipsa oleribus inserunt, & in aqua coquunt. Ita & vos margaritas contunditis quę potius resolui debent. Etiamsi puluerem faceres æreum, nihil promouebis: sed vt in stomachum immisisti, ita iterum exire videtis. Hinc necessariò prę parationum Chymicarum leges introducuntur in medicinam quas vos cum suis cultoribus angue & cane peius odistis. Quid multa? Si nondum concedere vultis in mineralibus summas morborum curas vigere, audite Andream Matheolum lib.4. Epistolarum dicentem, Ægrorū corpora seminibus morborū referta, sine metallicis medicamētis vix sanari posse. Et in tractatu de antimonio ait, Non minus antimoniū corporū ægritudines expurgat, quàm metalla, à suis superfluitatib. Hęc doctissimus ille vir intellexit, cū tamē nunquam verā nouerit antimonij prę parationē, Similiter aurū potabile maximi facit, cuius prę parationem, vt ipse vsus est Matheolus, tibi (ne sis inscius) placuit recensere.

Aurum ait per ſtibium bis vel ter repurgatum,&in tenuiſſimas laminas redactum,ac vaſculo idoneo liberè, ne ſeſe laminæ vſquam contingant appenſum, exuratur & calcinetur in fornace debitè parata,per me dium annum: quod ſuſtinere feruentiſſimum ignem oportet, quouſque tandem la minæ aureæ illinc exemptæ libero & frigidiori exponantur aeri, & oleoſus quidam humor inde defluat,reſoluatúrq.rubei colo ris ſapore ſubdulci. Eliciebat ille extra auri vncias duas olei: ex eo verò quod nō adeò bene erat vſtum liquor minus promptè defluebat: ſpiritum vini rectificatum aliquoties infundere ſolebat,ídque tam diu,adeóque donec totus ille color rubeus extraheretur. Quàm ſubtiliſſimè verò hoſce ſpiritus vel vini eſſentiam rectificabis ſi eam in cucurbitam vitream ſub alambico præpoſito recipiente in gelidiſſimam vel niue refrigeratam fontis aquam imponas, ipſum capellum panno lineo in aqua calida imbuto vndique teges, partes enim illæ ſubtiliores ſurſum feruntur, aqueis in fundo relictis. Aurum calcinatum,& ſæpius vini ſpiritu infuſam multis cohobationibus, & per alambicum denuò deſtillatum, in fundo poſt ſe reliquit ſubrubeum liquorem. Medicus

dicus ille solebat prius expurgato corpore raso, & calefacto verticis capitis dragmam vnam eius affundere & tantumdem in mal uatico bibendum exhibere. Itidem de argento purissimo pro morbis capitalibus, & sic de cæteris metallis. Nam debitè præparata resoluuntur, quia sunt salia: plura habet hic vir medicamina mineralium, quæ nec Galeno nec Hippocrati vnquam fuerunt perspecta, sed à Theophrasto Paracelso nostro in lucem eruta, de quo tu titulo tenus medice, magnéque philosophe, imprudenter scriptitas, putásne omnia impossibilia prorsus esse aliis, quæ præstare nescis nec potes? vel quæ tu diuina tua sagacitate superare nequis? quid dices ad hæc, scio hominem qui intra triduum vel ad summum sex dies luem illam veneream sanare potest turpeto suo minerali non illo, quod fit mediante oleo vitrioli: sed alio longe excellentiori, quod ad vos non perueniet, nisi illam pertinaciam deposueritis: nisíque cessaueritis vulgo & magnatibus inuisos & suspectos reddere paracelsicos, illósque fructu laborum iustorum priuare. Dicitis, quid præstitistis? quid inuenistis? vnde laudem, vnde fructum spectetis? hoc ipsum nos à vobis quærimus? quid vos in-

ueniſtis quo medicina excultior euaſit. Nos eſſentias, olea, balſama, ſalia, in medicinam introduximus, quę omnia ſcholę alchymiſtarum pepererunt. Et quanta lux medicinę acceſſerit ex ſola diſtillatione legitima omnibus notum eſt: quanta vtilitas inde in ægros redundarit, quotidiana docet experientia. Vos interim ſi adeò exhorreſcitis laborem, parcite ſaltem noſtrę famę: ſed quid mirum? Nónne ſemper ita accidit, vt optimus quiſque labor peſſimè excipiatur, & compenſetur? Teſtis eſt quiſque optimus ad virtutem, ad ingenuitatem, ad fidelitatem erectus, qualem ſæpius mercedem pro ſua fidelitate, pro eruta veritate recipiat, ſic quidam, quando nihil amplius poſſunt, mendicitatem indagatoribus naturæ obiiciunt, vulgíque aures mendaciis ſpecioſiſſimis complent, decantantes ſemper ea, quæ ex abuſu & adulterinorum Paraſelſicorum periculoſis cuŗis: ſequuntur omnia (ex illorum contemptu) paupertate, indignitate, vilitate iudicantes. Atque ſatis citò illam deſpectam, quam ſponte ſubeunt, paupertatem effugient; quò natura rerum magis magiſque in dies innoteſcat hominibus, quò inſuetæ & grauiſſimorum mor-

morborum curationes tandem inueniantur, quibus qui ſunt oppreſſi,per veſtram ignauiam omnes morerentur, niſi Deus ipſorum miſertus, ad finem tandem mundi, ſalutaria remedia, per homines etiam contemptiſſimos illis ſufficeret, inſurgent contra vos leproſi, podagrici, phthiſici epileptici, lue venerea infecti, cancro deuorati, fiſtulis & lupo exeſi, gutta mala paralytici, morbis epidemias & peſte, ad inferos detruſi: illi, inquam, & multo plures quos ex ignorantia & peſſimis corruptibilibúſque potionibus & purgationibus inſtar carnificum viuos ſepeliiſtis. Hi,inquam, in ius vos vocabunt & accuſabunt, pauperes quos ære emunxiſtis, quorum ſanguinem pro amiſſo corpore, pro exhauſtis bonis expoſcent. Porrò quæ hæc inſania & crudelis eſt ſtultitia? Cùm tempore peſtis primos homines infeſtos, domibus includitis ſignis notatis, carcere detinetis, curis & ſolitudine ſtrangulatis, fame enecatis,ſícne debet curari peſtis? Annon arbitramini omnes inde poſſe infici vnde primus infectus eſt?cur nõ,ſanos antidotis præmunitis,cùm tã egregij ſcilicet eſtis medici, quando ferè omnia veſtra medicamina irrita in hoc morbo experti eſtis? Sic nec

diligis proximum ſicut teipſum, vitam ne ſic pro ſocio profundis? cùm nullo vnquam tempore (ſi res vrget auxilium) ſocietate, conuerſatione, conſolatione, opitulatione, magis opus ſit, quàm tẽpore peſtis: ô quantam pœnam attraxiſtis! deſertóſque ab amicis & cognatis ſeparatos, & quaſi in exilium detruſos derelictis quibus ipſa ſolitudo, ipſo morbo fuit violentior, necauítque animi dolor, quos morbus non interemit. Quid eſt, quæſo amicitia vera & Chriſtiana? nónne te ad miſericordiam commouet hæc ægrorum quærela? Cùm ſanus eram, amicus eras, viſitabas me, iuuabas me: quum langueo, horres & fugis me, ridẽte mecum fortuna, ridebas. Iam flenti & anxiè petenti, conſolationem denegas. Quid eſt viſitare? opitulari? Vos non tantùm non opitulamini, verùm etiam principibus perſuadetis vt loca & itinera peregrinantibus occludant. Cùm alacriter deberetis illos malo leuare, & ſponte eò proficiſci, & probare veſtram artem. At peſte oriente primi eſtis, qui trepidatis, qui horretis, qui deſperatis. Vobis commiſſi ſunt ægroti adeò tanquam filii & infantes: ſedula curatione egentes curare debebatis (nfirmos tanquam patres filios curant) non emungere auro. Tunc tibi arrideret

rideret æger: ſi nimirum ipſius languidam vitam miti balſamo & recreatione foueres. Tunc conſpectu tuo gauderet, te patrem appellitaret. Quilibet medicus genuinus, neceſſariò debet ipſa medicamẽta, ſua manu rectè parare: non committere imperito coquo, non ingentia volumina receptarum formulis complere, quibus iam video ſtudioſos medicinæ obrutos, & ita intricatos, vt ipſi ferè ſub tam graui receptarum pondere corruant & moriantur. Non ſic diſcitur medicina, ſed laboribus manuũ & operatrice practica, vbi vulcanus in dies noua oſtendit, & ſuauiſſima remedia, quæ in dies natura melius meliúſque purgare à ſuperfluitatibus, operatori ſuo œconomo tradit. Expecta tu diuitem meſſem, & non primùm ara & ſere: expecta cognitionem occultarum poteſtatum naturalium, & non primùm igne inueſtiga & labore, quum maior pars omnium veſtrûm, delicati & pigri ſint: & qui deſes in operationibus extiterit, tanquam cæcus ad practicam tẽdit. Si artem Chymicã non adeò execraremini, purum ab impuro, quod cauſam corruptionis rerum præbet, ſeparare diſceretis, longis digeſtionibus, diſtillationibus, cohobationibus, quibus ſyncerum & purum medi-

camentum redderetis, antequam illud ægroto exhiberetis, sic subitò tangens ægri natura reficeretur, cùm imbecillus stomachus nequeat crassas concoquere, digerere, separare materias. At magni D. Doctores nolunt esse discipuli, & tyrones, quemadmodum difficile est veterem canē loris & venationi assuescere, qui sicut vincula corrodit ducentíque mordaces ostentat dentes potius quàm se regi patiatur: ita & vos vultis potius veritati apertè contradicere, eámque canina voce allatrare & mordere, quàm errores vestros fateri. quid? debétne hoc probro esse chymistis, quod propter legitimas medicamentorum præparationes, quas vos ignoratis, & quia durum laborem ducem habent, quem fugitis, habeantur mendici, annosi, ac pannosi. Annon cogitatis tandē vulgus fraudes animaduersurum? moniti estis satis à pluribus medicinæ doctoribus, quibus certè pueriles curationes non satisfecerunt, inter quos est Conradus ille Gesnerus, & alii permulti, qui si superstites fuissent, vestram ementitam artem, tandem certò certius, prorsus abnegassent. Acriter quoque reprehendit medicos sui temporis Iohannes VVoz Coloniensis, qui claruit anno 1510, qui suis in monumentis de

&c peste, & labyrintho medicorum luculentissime, & pulcherrime de medicinis metallicis, quintísque essentiis differit, eorúmque vsum ostendit. Quid ad illa respondebis quæ D. illæ Gorræus in v. cap. De extractione quintæ essentiæ ex herbis, vt in suis scholiis tam egregiè medicamina metallica exaltauit iísque vsus est, paruifaciens vestra, Aquarum (inquit) distillationes ex herbis, & reliquis rebus huiusmodi, quibus officinæ gloriantur, nullarũ prope esse virium, quum nihil aliud sit nisi phlegma rei, cuius liquor pręcipuus constat in oleo & sale. Sed vt vobis admirabiles noscẽdarum proprietatum desiderii igniculos accendam, recenseboFernelij Ambiani lib. 2. de Abd. rerum causis cap. XVIII. Sententiã etenim (inquit) fusilis & metallicę illius philosophiæ τῆς χημείας (vt certè multorũ) cum longa peregrinatione, cùm primis studiis existerẽ exercitatissimo admodum præceptore vsus ex vnoquoque tum stirpium, tum viuentium genere sustantias, elicui planè varias. Primum quidem aquam eámque vberiorem si stirps virebat: parciorem si arescebat. Deinde oleum non id quidem pingue ac sordidum, quale pressum à nostris trahitur. Sed artis præstantioris opus, qui tempore

nec rancescat,nec facilè corrũpatur. Id aũt duplex,vnũ tenue &albicans,alterũ siccius atque rubens,&c.Inde sequitur. Dicam vestro hortatu, non hunc totum thesaurũ depromp turus, sed edocturus quàm verè subsistat. Ne vos autem insolens nominisque obscuritas offendat, quæ patres vmbra & ænigmate obuelarunt,in apertum & in clarissimam lucem proferam suo loco. Verùm, bene monétem ferre nequitis, quemadmodum nec iam doctissimos præstãtissimósque viros,neq.pati D.Physicũ Gerardũ Dorn vultis, quem DEVS haud dubiè nobis excitauit. Æterna memoria dignus est hic vir excellẽtiss.quod nulla iniuria, nullis periculis quòParacelsum,qui nescio qua an tiqua, & grauitate & autoritate pollet, suis vltimis scriptis fecit vir ille doctissimus illustriorẽ,vt saltẽ filiis doctrinæ bene consulatur, pro quorũ deffensione tãquam verus miles vsque ad arã,&opere &ore certat socius,& parastates doctiss.illius Physici est, Iosephi Quercitani de re medica per optime meriti,qui in libellis suis, multa præclara & philosophica arcana posteritati patefe cit, & medicinas spagyricas abstrusas illustrauit,maioráque in lucẽ ædidisset, nisi ingratitudo multorũ ipsius benignos fontes occlu-

occluſiſſet, preſertim cuiuſdã ſeplaſiarii, qui multa reprehẽdere, in ipſi⁹ ſcriptis conatur pauca ꝓbãs, & meliora neſciens. Inde fit vt omnes, vni⁹ ingratitudine dãnũ experiãtur.

Macte ergo virtute --

Ignauum fucos pecus à præſepibus arce:

Sic tua perpetua redimentur tempora lauro.

Nos interim quæ comperta habemus multíſque peregrinationibus & laboribus inueſtiganimus, & didicimus, adiiciemus, quibus rogatos velimus aduerſarios, ne, ſi ipſi non indigent, contemnant, aut conuiciis lacerent, nec alios qui grato animo noſtros excipienti labores, deterreant, aut ipſi meliora doceant, cogitantes interim concedendum, & dandum eſſe aliquid illi qui artium medicinalium gratia ſe tot fluctibus obiecit. Cùm enim poſt ſtragẽ illam, noſtrorúmque Gallorũ furorẽ vnà cum D. Carolo *de Chambray* D. *de Ponſay* me in Italiam conferrem, inde Iſtriam, Raguſium, Sclauoniam, Macedoniam & Byzantium perluſtrarem, indefeſſo ſtudio operam nauaui, vt certum quid de lapide philoſophorũ, aut rebus chymicis agnoſcerem. Nullos verò prorſus veros philoſophos, ſed pſeudophyſicos & chymicos vbique inueni, qui veram artiũ naturaliũ &

præparationum, vel prorſus nullam, vel omnino frigidam habebant notitiam. Incidi tãdem (Deo ita volente) in doctiſſimum quendam virum nomine Danielem epiſcopum Dalmatienſem: ad hunc inquam Baraletam miſi litteras, (quas vnà cum ipſius reſponſo paulò pòſt ad me miſſo aliquando in lucem emittam,) vbi multa philoſophica, non iniucunda lectu cernentur. Tandem cùm orientales regiones ſatis perluſtraſſem, nihílque adeò certam in ſcientiis naturalibus collegiſſem, iter Germaniam verſus, cum clementiſſimo principe Cabaneo, Vidamio Carnutenſi, inſtitui feriò incumbens ſtudio medicinæ ſpagyricæ. Intellexíque reges & principes decipi & illudi, ab agyrtis iſtis, qui ementitas & ſophiſticas chymiæ artes ex omnibus anguſtiis corroſas & emendicatas, pompoſa ſpecie vendunt, argento principes emungentes, vnde fit, vt magna copia tum ſophiſtarum, tum ſophiſticarum fraudum quotidie oriatur: ob quas non ſolùm ars chymiæ laudatiſſima detrimentum patitur, opprimitur, adulteratur, ipsíque chymiſtæ inuiſi omnibus redduntur vitam, tempus, ſumptúſque in vanas operationes impendentes, verùm etiam grauiſſimum damnum in reſpub. redundat.

dundat. Sunt enim plerique tam aſtuti deceptores, vt ſimulata experientia in arte chymica ficta amicitia, & magnis pollicitationibus fraudulenter ab aliis artes expiſcantur, pro ſuo vendicent, magnáque pecunia æſtiment, & venales circunferant. Quemadmodum aliquando à me quoque nebulones elicuere fraudibus libros manu ſcriptos, illóſque ingenti pecuniæ ſumma vendiderunt: conſultum eſſet rebuſpub. & arti chymiæ, vt eiuſmodi nebulones à magiſtratu coerceantur & puniantur: ita minus hallucinarentur artis diſcipuli, & breui ars vera & ſincera ex laruis illis ſophiſmatum emergeret. Quapropter vt habeant à me quoque artis ſtudioſi ſymbolũ aliquod quo clariorem hanc ſcientiam præſtent, breui (Deo propitio) libros tres de lapide philoſophorũ ab autoribus diuerſis conſcriptos inlucem edam: quorũ primus à nobili quodã Britanno certis ex caracterib. erutus eſt, quo omnia philoſophorũ enigmata dilucidè exponuntur, cui adiungã ducentas regulas certas & inuictas, veréque philoſophicas, quibus errantes & dubitantes de lapidis materia, confirmabuntur. Secundus eſt Iohannes de Rouillachz Pedemõtanus, qui de mercurio philoſophorum tractat, &

quomodo extrahatur vnà cum epiſtola Iohannis Pōtani eiuſdem generis. Certior eſt egregius tractatus incerti authoris, qui multa dubia de medicina illa benedicta explicat. Porro, quoniam omnes nationes plerumque ſuo idiomate (præſertim Germani) libros texunt, cōſcribam ego quoque libros duos Gallico idiomate in gratiam philoſophiæ ſtudioſorum, in quibus multa philoſophabor de multis præparationibus, multis ſpecificis medicinalibus per me & alios probatis, de variis itē philoſophorū elixiribus, mercuriorū extractionibus, aquis mercurialibus, multis variiſque diſſolutionibus: addámque interpretationes diuerſorū characterum, quibus antiquorum & recētium libri conſcripti ſunt ad artem celandam. Item cuiuſdam alphabeti expoſitionem ſine qua vix opus intelligi poteſt, duos item tractatus: vnum de virtutibus oleorum: tum vegetabilium, tum metallicorum, alterum de multorum vegetabilium & mineralium ſalibus & proprietatibus, quibus duos tractatus de mineris philoſophicis annectam, & de faciendis acetis, quòd ſi videro ſtudium hoc meum & laborem artis ſtudioſis probari, breui maiora da-

do

bo quæ multi totis exoptant votis. Interim hoc opusculum æqui bonique facite. Quæ verò adhuc egimus, illis tantum dicta sint, qui capitali odio medicinam spagyricam prosequuntur, qui nihil rectè & vtiliter doceri in medicina putant, nisi quod vetus lyra crepitat, quasi quidem Galeno plus natura ipsa foret, si omnis medicæ artis doctrina ex ethnicis haurienda est, & si ij soli artem integrè expoliuerũt, & solidis argumentis stabiliuerunt, cur ex iisdem non refutatis præstantissimos viros Theophrasto Paracelso deditos inter quos est præcipuus magnus ille Petrus, Seuerinus Danus, qui in sua idea inuictum Paracelsicæ medicinæ fundamentum satis patefecit. Cur non Monarchiæ Triadis Doctiss. Doctoris Physici Gerardi Dorn respondetis? Cur Turneseri clarissimi Medici volumina, ipsa practica veritate stabilita, non refellitis? Vobis verò qui Galeni doctrinam quotidie ad incudem reuocatis, exacto iudicio perpẽditis, Paracelso locũ datis, ipsius præparationes & practicã agnoscentibus, & exercentibus congratulor: breui plura contra aduersarios, quæ illos melius mordebũt in publicum exibunt. Interea & o ꝓ ere

& ore, & scriptis veritatem ab iniuria vindicate. Valete.

B. G. LONDRADA A PORTV AQVITANVS, HVMANO LECTORI S.

TRACTATVS *hic experimentorũ Paracelsicorũ (amice lector) ex dono cuiusdã Illustrissimi Principis Germaniæ ad me peruenit. Hanc quoniam Paracelsi esse satis luculenter constat, duxi mihi soli non reseruandum, sed in publicum edendum, quoniam absconditi thesauri nulla est vtilitas. Hoc qualecunque est, beneuole lector, accipe. Et breui plura & maiora (Deo volente) expecta. Sed vnum est quod te latere nolui, quando nimirum exhibes essentias illas Paracelsi exaltatas, & olea pretiosa, ne putes illas per se exhiberi, sed semper cum vehiculo aliquo, illis esse vtendum ventriculo prius specifico aliquo Theophrasti expurgato: vt exempli gratia. Si velis alicui oleum vitrioli porrigere, immisce quinque vel sex guttas unciæ conseruæ rosarum, & ita tuto exhibebit. Item de reliquis erit iudicandum. his feliciter fruere. Vale.*

PHI-

PHILIPPI THEOPHRASTI PARACELSI PHILOSOPHI

phi summi, & vtriusque medicinæ doctoris præstantißimi, iis experimenta curationésque sua propria manu Germanica lingua conscripta, quæ Conradus Steinberg illius famulus inter alias Paracelsi schedulas inuenit.

QVIDAM Baro perpetuò malè affectus aliqua passione, bibẽdo essentiam nostram mercurialem, lapidem inferius eiecit & sanus euasit.

2 Mulier quædam diu laborabat morbo cardialgia dicto, curata fuit sumendo bis vomitorium nostrum mercuriale, & eiecit vermen quem vulgariter theniam appel lant, quatuor cubitorum longitudine.

3 Quidam Bartholomeus annos duos laborauerat dolore lateris, quem sanaui illi exhibendo oleum vitrioli, in potione stomacho confortante, omnino sanus euasit.

4 Homo quidam qui vmbilicum habebat elatum & erectum instar mentulæ humanæ, sanus factus est filo intincto in o-

leo vitrioli , ſingulis diebus filum ſtrictius ligando. Eodem modo ſanauimus ingentem tumorem , ſiue carnis excreſcentiam parôtidem, quæ creſcebat ex mulieris ſcia, pondere 5.librarum.

5 Miles quidam in pectore ad læuum humerum perforatus eſt ſagitta bifurcata, cuius cuſpis oſſi infixa erat. Quam extraxi duobus .digitis vulneri appoſitis kiſt interius infuſo.

6 Medicus quidam(fulminis coruſcatione attonitus, ita vt videretur apoplexia laborare, vel morbo quiſyderatio appellatur) reſtitutus eſt priſtinæ ſanitati,oleo auri in aqua meliſſę.

7 Iuuenem quendam qui tribus annis durum &valde prominentem tumorem ſiue apoſtema habebat in mento, ſanauimus frequenti maſticatione herbæ perſicariæ.

8 Dura apoſtemata tumores & vlcera cruſtoſa , & fœtida in naribus ſanauimus mundificatiuo medicamento noſtro , cum emplaſtro ſtiptico.

9 Mulier quædam conſumpta erat morbo Neapolitano,curata eſt cũ potione eſſentiæ meliſſæ, & vixit poſtea annis octo.

10 Quidam habebat ſtomachum tumefactum & eleuatum vltra pomi granati

quan-

titatem, ſine dolore, quem olei vitrioli potione ſanaui.

11 Puer quidam ætate annorum quinque, cadẽdo ex gradibus lapideis brachium & tibiam habebat attonita, & motu priuata, cui ceruicis, & capitis poſteriorem partem, & totam dorſi ſpinam inunxi, hoc vnguento ℞. de pinguedine vulpis vncias ij. olei vermium terreſtriũ vnc. j. olei philoſophorũ vnc. ſemis, miſce ſimul & inũge, nullũ vulnus vel tumor in illo ſic læſo apparuit.

12 Quidã poſt febrẽ incidit in tã profundũ ſomnũ, vt ſe pũgentẽ nõ ſentiret, nec oculos aperiret, vel quicquã loqueretur: (lethargo laborabat) quem curaui oleo ſalis.

13 Mulier quædam quæ infantem lactabat menſtrua diu antea retenta, tandem verò ſanguis menſtruoſus copioſè effluebat ex mamillis. Vnde cùm nihil doloris maliue ſentiret, illam, per extractionem ſanguinis ex vena pedis dicta ſaphena ſanauimus.

14 Puer quidam ex morbo (impetigo, ſiue lichen vocato) digitum habebat eroſum vſque ad os, quem breui tempore oleo ſaturni ſanauimus.

15 In loco vbi oſſa erãt eroſa & conſũpta, cũ fœlici ſucceſſu vſus ſum eſſentia ſerpẽtũ.

16 Adoleſcẽs quidam habebat fœmur de-

fædatum puſtulis rubicundis magnitudine ſeminis milii, quem aqua tartari & theriacæ ſanaui.

17 Excreſcentia carnis in ano ſimul & ani rhagades (quæ fiſſuræ quædam ſunt in carne illius) curaui per ablationem illarum carnoſarum partium, per inciſionem, cum filo arſenicali, & per inunctionem olei ſaturni.

18 Quidam laborabat ſputo ſanguinis, curaui exhibendo illi laudani præcipitati ſcrup.j.in aqua plantaginis, extrinſecus verò feci applicationem panni linei ſuper pectus intincti & humefacti, in decoctione corticis radicum hyoſciami,

19 Quidam habebat duas puſtulas, veluti verrucas in mentula, per coitum cum muliere immunda, ita quòd per ſex menſes derelictus eſt ab omnibusmedicis tanquam incurabilis, curaui illum (exhibendo eſſentiam mercurialem, & poſtea cum oleo vitrioli mixto cum aqua ſophiæ facta, in ſuppoſitorium exhibitum calida) quatuor diebus.

20 Quidam 50. annorum ætate, poſtquam ſanus erat à morbo Gallico, laborabat hemorroidarum fluxu ſingulis menſibus, non minus abundanter, quàm menſtrua

ſtrua in mulieribus erumpunt,illum curaui prius purgando cum pillulis peſtilẽtialibus Ruffij,mixtis cum eſſentia noſtra mercuriali,poſtea ſæpius bibebat aurum dyaphoreticum,poſtremo verò croci martis oleo potu exhibito, perfectè ſanatus eſt.

21 Aurifaber quidam Stuburgenſis habebat craneum eroſum vſque ad interiorem cerebri membranam, quæ meninx tenuis vocatur: quæ etiam intumuit; illum curaui aperiendo craneum,& expurgando membranam vt fieri ſolet in vulneribus capitis, cum vnguento fuſco, & poſtea cum balſamo hyperici, & cum floribus herbarum appropriatarum capiti in forma emplaſtri,loco dolenti applicata. Interea verò ter bibebat ex oleo vitrioli ſingulis diebus, cum aqua baſiliconis & lauandulæ: nota quod hic morbus vocatur Talparia, ſiue Talpa.

22 Puella quædam 15.annorum ætate, antequam menſtrua haberet, grauiſſimè laborabat, quàm curauimus cum oleo camomillæ in aqua meliſſæ & valerianæ.

23 Mulierem curaui, quæ carcinoma habebat in mamillis, triginta annis laborauerat exhibendo illi eſſentiam mercurialem cum aqua plantaginis.

24 Puer quidam faciem & testiculos tumefactos habebat, quem curaui extractione rheubarbari.

25 Ionas, amore Sabinæ captus incidit in mentis delirium, quem sanaui exhibēdo in potu lapidem, siue calculū microcosmi.

6 Filia Oliuieri admodum pallida, auidè deuorabàt lapillos, cretam calcem & puluerem & huiusmodi (vt solent illæ quæ morbo pica siue malachia dicta) ex stomachi abominatione, illam curaui, primo purgando essentia mercuriali primo vomitu, deinde per aliquot dies exhibui illi oleum vitrioli potandum in aqua menthæ.

17 Quidam laborabat pediculari morbo (pthiriasis dicto) his pillulis sanauimus ℞. essentię mercurialis ʒ. semis. aloes hepaticę, myrhæ, añ. vnc. semis, croci scrup. semis, fiant pillulæ in oleo staphisagriæ, postea bibat haustum vini centaurei vel persicariæ.

28 Puero cuidam ætate annorum octo dens extractus est, tribus mensibus pòst vesica quædam nigra loco dentis comparuit, inunxi quotidie vesicam oleo vitrioli, atque ita vesica sublata est, & dens remansit.

29 Nobilis quædā puella (nomine Ascania) grauiter dolore capitis laborabàt, e-

rátque

rátque toto corpore macilenta, eo quòd menſtrua non debito curſu fluebant. Quæ cùm ſæpius euomuiſſet, dolor ceſſabat, verùm cùm non poſſet hanc vomitionis amplius ferre moleſtiam, illam curaui per extractionem ſanguinis ex vena quæ ſub pedis malleo eſt, & poſtea menſtrua curſum naturalem habebant, & liberata fuit.

30 Sæpius curaui morbum comitialem cum eſſentia veratri nigri præparati, more noſtro.

31 Quidam qui profluuio ſanguinis laborabat ex arteria inciſa, fluxus ille ſanatus eſt cum kiſt ſtiptico.

32 Quidam equeſtris ordinis vir, in concione toto corpore quaſi apoplexia attonitus & morbidus factus eſt, quem ſanauimus inungendo poſteriorem partem capitis cum balſamo helenij, & eſſentia mercuriali.

33 Quidā ruſticus morſus à vipera ſubitò incidit in ſudorē frigidū, cum maximo vitæ periculo, ſtatim ſanitati reſtitutus eſt hauſta theriaca noſtra cum vino generoſo.

34 Mulier quædā cui menſtrua erāt retenta, grauiſſima tuſſi laborabat, quam ſanauimus, venā infra pedis malleolum aperiēdo.

35 Tabernarius quidam ebrius, & obeſus

verſabatur in periculo vitæ,ex plethora,ſa-
nitati reſtitutuseſt ſola ſanguinis emiſſione.

36 Mulier quædam dicta Sabina,diu la-
borauit ventris perfluuio ex ventriculi re-
ſolutione : quam curauimus oleo vitrioli
cum conſerua anthos.

37 Homo quidam qui vulneratus erat
in pellicula ſiue tunicula cordis,curatus eſt
cum eſſentia ſolari.

38 Adoleſcẽs quidã laborabat tuſſi cõ-
tinua & violenta: quem curaui,ſæpius de-
glutiendo ſuccum praſſij cum oximelite
noſtro,ſic tandem ex pectore vermem eie-
cit & liberatus eſt.

39 Infans quidam laborabat pectoris
tumore ex humorum abſceſſu poſt mor-
bum,quem ſola noſtra theriaca ſanauimus.

40 Quidam laborabat carcinomate,
dicta Gangrena,quem oleo veneris curaui.

41 Mulier quædam laborabat morbo
vuluæ, ita quicquid humidi vel liquidi de-
uoraret,ſtatim vomitu eiiciebat, eam mar-
garitarum oleo curaui.

42 Elingus quidam laborabat grauiſ-
ſimis doloribus ſtomachi,quem ſanauimus
eſſentia mercuriali vomitoria, qui paulo
pòſt carnis fruſtulum euomuit, in quo ver-
mis occultatus erat.

43 Vermundus quidam, capitis & cerebri intoxicatione ita laborabat, instar ebrij, vt hinc illinc vacillaret, cui cùm exhibuissem pestilentiales pillulas, quibus immiscueram mercurialem essentiam, vermes 150. euomuit.

44 Quidam morbo splenetico laborabat, quem curaui croco martis in aqua tamarisci, & enulæ campanæ: exterius verò applicando balsamum gummi ammoniaci,

45 Quidam erosione intestinorum laborabat, curaui illum ministrando illi flores veneris in vino absynthite.

46 Quidam laborabat stomachi dolore ex debilitate, qui oleo salis in potu exhibito, sæpius ventrem exonerauit, & sanitati est restitutus, vt scripsimus in libro nostro cuius titulus est PARASTENASTICON.

47 Quidam capitis dolore laborabat, cuius caput purgaui per nares, succum ciclaminis infundendo, instrumento Rhinechites appellato, vel pluma concaua.

48 Pro morbo caduco exhibui potandum succum herbæ lanceolæ (quæ vernalis herba siue plantago minor dicitur) sæpius, ieiuno stomacho continuè per spatium 30. dierum, vnà admiscendo extractionem ramentorum eboris, & sanguinem palumbi

maſculi pro maſculo & fœminæ pro muliere, in eſſentia vel oleo extracto ex craneo hominis mortui.

49 In oculorum morbo(catharacta vel ſtillicidium vocato, Greci Epiphoram appellant)& in tumoribus,& oculorum doloribus, ſum vſus medicamento,ſiue noſtro collyrio,facto ex tutia magiſtrali:quo curauimus non ſolùm oculorum lacrymas, ſed etiam ingentem dolorem ſuperciliorũ, atque etiã vbi carnis excreſcentia viſum omnino præcluſerat,ita vt deſperati videantur etiã illis medicis qui ex profeſſione ophtalmiſtæ,ſiue oculares medici vocantur.

50 Polypum morbum(qui narium eſt fœtor)curaui oleo vitrioli cum aqua ceræ.

51 Quidam cadẽdo ex alto mingebat ſanguinẽ,quem breui tempore curauimus, exhibẽdo illi in potu drach. j.de puluere inuentionis noſtræ, cum vnc.iij.florum tiliæ.

52 In ſcabie magna,vſus ſum vnguento, quòd habet mercurij mortificati drach. ij.ceruſę vnc.j.euforbii drach.j.ſtaphitagrię lythargyrij ſanthalorũ, ãn.drach.ſemis,fiat omnium mixtio cum axungia porci rubei quantum ſufficit.

53 Quidã qui morbo Hiſpanico diu laborabat,duos tumores & vlcera habebat in naribus, è quibus quotidie profluebat ma-

gna quantitas fœdiſſimæ ſanici,& mucoris, in cuius nares per ſiringam infundebã hãc decoctionẽ, quæ ſic habet, ℞. mellis vnc.iiij. ſucci chælidoniæ, ſalis cõmunis præparati drach.ij. aloes lotæ vnc.ſemis, fiat omnium mixtio, interea purgat⁹ erat oleo mercurii.

54 In duris & nodoſis apoſtematibus podagræ vſus ſum ammoniaco diſſoluto in aceto,& mixto cum oleo terebentinæ. Item oleũ ex chryſtallo ſolo diſpergit dictos nodos, vt ego ſæpius ſum expertus, vel etiam chryſtallũ calcinatum cum oleo terebentinæ, item oleum ſalis hoc præſtat.

55 In curatione oris ſtomachi, nteſtinorum & ventris dolorum aqua ex floribus camomillæ diſtillatis vnc.iii. mellis roſati vnc.i. vſus ſum.

56 Iohannes Baptiſta adoleſcens pulcherrimus imprimis Italico morbo, à Sodomitis poſtea defœdatus eſt, vnde contigit quòd ſpaciũ duorũ annorũ, malè affectus eſt ex carnis excreſcẽtia in inferiori parte magni inteſtini colõ dicti, adeò quod ferè mortuus erat ex intollerabili dolore: quẽ curaui ſudore cum amalagmate mercurii & Iouis multis diebus, & aperiendo podicen cum inſtrumento, ſpecillum oſſicularium dicto, poſui oleum vitrioli ſupra dictam carnis

excreſcentiam, ac demum ſuppoſitorio incarnatiuo, exeſam carnem curaui.

57 Quidam nomine Galenus, loquelam perdiderat per foramen quod habebat in palato, ex Hiſpanico morbo, illum curaui mercurio dulci diaphoretico, infuſo per ſiringam, . ſic caro foraminis concreuit, & factus eſt ſanus.

58 Quidam qui vrinæ ardore laborabat, in hunc modum curaui. ℞. Roſarum ſiccarum, pug. ſemis, ſeminis lini, cucumeris, cucurbitæ, melonis, maluæ, porcelanæ, populionis, añ. drach. ij. fructus Alkekengi numero x. aquæ dulcis libr. j. ſemis, fiat decoctio ſecundum artem: deinde percoletur, cui adde trochiſcorum Alkekengi vnc. ſemis, ſaccari albi vnc. ij. camphoræ drach. j. commiſce, & iniice in mentulam per ſiringam, vel alio inſtrumento.

59 Curaui pthiſim (quæ pulmonum eſt exulceratio) cum totius corporis conſumptione, quam per contagionem ſuæ proprię vxoris habuit: margaritarum oleo illum curaui.

60 Mulier quædam menſtruali profluuio diu laborauerat, adeò abundanter, vt ſæpe in animi deliquium incideret: illam vitrioli oleo in aqua plantaginis & drach. j.

carniolæ curaui.

61 Puſtulas totius corporis ex Neapolitano morbo & maximè in capite,ſolummodo ligni guaiaci potione & ſale purgatiuo,ſine aliquomedicamēto externo curaui.

62 Fiſtulam inter anum & teſticulos in quodam ſanaui,quiHiſpanico morbo laborabat, per olei arſenicalis fixi applicationem.

63 Herniam ſiue rupturam quæ Ramex aliàs dicitur, in qua inteſtina inſcrotum dilabuntur, curaui per extractionem ſaniclæ albæ digeſtæ in pane,& poſtea receptæ in potu non interea omittens inteſtina cingulo(vt fieri ſoletvulgariter)eleuare, in cura rupturę applicās inſuper reſiduum, ſiue grumos vel ramenta dictæ extractionis ſupra locum rupturæ.

64 Intollerabilés tibiarum dolores,ex venereo morbo prouenientes,ligni guaiaci oleo mixti cum veteri theriaca curaui.

65 Puella quædam cui menſtrua diu retenta erāt,adeò malè affecta, vt aliquando ter in die videretur à malo ſpiritu vexari,quam ſubito curaui extractione Rhabarbari,cū ſpiritu tartari in potu cum aqua meliſſæ, arthemiſiæ, & pulegij in oleo vitrioli.

66 Dentium dolores curaui ſucco ſo-

latri calido & persicariæ per gargarismum sepeliendo postea herbas in sterquilinio.

67 Dentifricium optimum paraui ex cineribus Rorismarini, dentes flauos dealbat,& gingiuarum tumores quasi subitò sanat absque sanguine.

68 In tumoribus vuulę gingiuarum,& faucium,vsus sum oleo vitrioli in aqua persicariæ.

69 In tumoribus scrophularum,& duris apostematibus mamillarum, vsus sum oleo terebẽtinæ cum visco quercino comixtis in formam vnguenti.

70 Ingulstadii quidam laborabat pulmonum tabe, quem cum extractione radicis consolidæ maioris,in pane curaui.

71 Mulier quædam quæ post puerperium, non erat bene purgata à menstruis, subitò incidit in mentis delirium præter alios grauissimos dolores in pectore, & spina dorsi,quam cum sola antimonii essentia curaui.

72 Puella quædam annorum decem, post balnea incidit in apoplexiam,quæ fluxus crassorum humorum est inuasa, & partes capitis in quibus sensus motúsque totius corporis priuantur, in somno tamen vehementer stertebat, & toto corpore tremens

mens,illam curaui oleo cranei, cum ſpiritu vitrioli exhibito cum aqua lauendulæ.

73 Infantulum quem lactabat mulier quædam, palati & labiorum laborabat puſtulis,quas aphtas appellant,cuius os abluebam humectabámque lineo panno, hac ſequenti aqua intincto, ℞. conſolidæ maioris & minoris añ.man. j. vini albi libr.j. ſemis, coquantur inſimul, quibus adde ſalis gemmæ vnc.ii. mellis clarificati libr. ii. fiat omnium commixtio.

74 Mulier quædam cuius menſtrua retenta erãt, animo ita perturbata erat,quòd omnia deteſtabatur, atque etiam familiarium conſortium, curaui illam aperiendo interiorem venam cubiti, nam vena tibiæ, ſaphena dicta, videri non poterat.

75 Vir quidã annorum ſexaginta melancholici humoris abundantia puſtulas quaſdam habebat,cruſtoſáſque ſcabies per vniuerſum corpus, cui hanc applicaui medicinam quæ ſic habet, ℞. ſucci plantaginis ſemperuiui&ſolatri añ.olei lythargyrii quãtum ſufficit,fiatvnguentum quo vniuerſum corpus inunguatur.

76 Quidam diſtillatione ſiue oculorũ cataracta laborabat,quem hoc modo curaui, ℞. Thutiam præparatam,pone in panno

lineo ſubtili,deinde intinxi cum vino Cretico,quo laui ſæpius oculos , & plures facti ſunt ſani.

77 Mulier quædam poſt puerperium dolorem habebat in mamillis ſimul cum fiſſuris, illam curaui abluendo ſemper cum vino & mixtione olei ſaturni , & hoc poſtquam infantem lactauerat.

78 Puella quædam grauiſſimo vomitu laborauit , ita vt nihil eorum retineret quæ ſibi exhibebantur ad comedendum, aut bibendum: inteſtina inſuper erant mirum in modum turgida, illam curaui per applicationem emplaſtri ex fermento panis, cum ſucco mentæ.

79 Mulier quædam, quæ tertio menſe poſt conceptionem timebat abortum, curaui cum extractione Rhabarbari cum ſpiritu tartari,& poſtea ſæpius propinando eſſentiam meliſſæ cum oleo ſolis.

80 Gotius quidam diſtortione oſſis tribus diebus vexabatur,poſtea intumuit valde,quem tumorem ſanaui cum oleo verbaſci & prunellæ aliàs primulę,cum ſucco camomillę & agrimoniæ ſimul cum petroleo omnibus ſimul mixtis & calefactis inungebam locum affectum,& os ſuo loco reſtitutum eſt, poſtea ad iuncturam roborandam

vſus

ſum eodem vnguẽto, mixto cũ viſco quercino,& conſolida maiori vſque ad perfectam curationem.

81 Mulier quædam ferè mortua ex colica,quam oleo vitrioli rubei curaui in potu cum aqua ſeminis aniſi, paulo pòſt hanc potionem vermes eiecit,& ſana facta eſt.

82 Quidam Bartholomeus rem cum vxore habens, nihil ſpermatis tandem eiiciebat,ſed ſolummodo flatus qui cum ſæpe in potu accepiſſet oleum vitrioli cum ſpiritu tartari in vino diſtillato, & poſtea ſatirionis extractione veneris, ſatis perfectè compleuit opus.

83 Puer quidam annorum decem calculum habebat in radice mentulæ, oleum vitrioli illi potandum in aqua aquileiæ dedi,extrinſecus verò cancrorum oleum aplicaui mixtum oleo therebentinæ: itaque vnius horæ ſpatio lapidem eiecit, & omnino liberatus eſt.

84 Mulier quædam,annis xx.maritata ſterilis permanſerat, tandem ſatirionis extractionẽ exhibita concepit, & nono menſe peperit infantem robuſtum, ſed ne poſt partum denuò ſterilis fieret & macie exciccaretur, exhibui in potu margaritarum oleum cum Romanis caulibus.

85 Mulier quædam mensibus aliquot laborauit tumore,&dolore manuum,& pedum, & frequenti animi deliquio,quam sanaui sæpius propinando Rhabarbari extractionem.

86 In mulierum lactis defectu,summitatum recentis fœniculi decoctione in vino vel aqua potādū in prandio & cœna, & intermediis diei temporibus vsus sum: hæc enim medicina valde lac auget.

87 Quidam sub axilla brachii sanguineum apostema habebat,cui sæpius lineum pannum in tepido sanguine humano intincto applicaui, & sic breui tempore sanitatem recuperauit, non sine omnium admiratione.

88 Quidam nomine Ambrosius, dum hiasset, subitò inferior mandibula distorta remansit magno cum dolore, & anxietate, quem curaui cum decoctione facta ex camomilla,verbasco, perforata & cæteris vt suprà numero 80.

89 Quidam, annis tribus vertigine laborabat, quem vnius mensis spatio curaui oleo vitrioli in aqua betonicæ exhibendo.

90 Quidā vehemēti capitis dolore anni spatio laborabat, sanū restitui, solummodo craneū aperiēdo,atque eodē modo cerebri tremo-

tremorem curaui, exhibendo ſimul oleum ſalis in aqua baſiliconis.

91. Puella quædã ex meſtruorũ retẽtione, tumores per vniuerſum corpus patiebatur & magnas rubeáſq. puſtulas, quæ certis diei horis vſque ſepties comparebãt, & diſparebant magno cum ſtomachi dolore & animi defectu, illã ſanaui, exhibendo in potu eſſentiã ſplenis extractam ex ſplene bouis caſtrati, in aquis meliſſæ & artemiſiæ.

92 Pleuritidem curaui per extractionem ſanguinis ex interiori vena cubiti eiuſdem lateris, exhibendo ſimul in potu ſpiritum tartari, in aqua meliſſæ, inungendo extrinſecus locum doloris cum oleo murium montanorum.

93 Mulier quædam, in ſiniſtra mamilla vlcere erodente laborabat, cum maximo dolore, quia menſtrua erant retenta, habebat etiam in dextera mamilla collo & axillis brachiorum glandulas, & duros tumores, & præcipuè ſiniſtrum brachium attonitum erat vel ſyderatum, illi autem exhibui purgationem extractionis Rhabarbari ſæpius: & oleum ſolis per ſpatium vnius menſis, extrinſecus verò abluebam pectus cum decoctione radicis chælidoniæ in vino, faſciis imponebam etiam

in oleo veneris mixto ſæpe & hoc cum melle, poſtremo verò cum communi opodeltoch, ſic perfectè ſanata eſt.

94 Roſina per ſpatium vnius anni laborabat febre quartana, cum ſplenis tumore & induratione, vnde etiam in aſchitem hydropem incidit. Quam primo purgaui cum eſſentia & trochiſcis alhandaly, & ſerapionis: ſecundo quoque die iuſſi vt lamberet diacubebe per menſem integrum.

95 Quidam tumorem durum habebat in carne tibiæ ex Hiſpanico morbo, quem curaui oleo antimonii vnc.iij. mortificati mercurii more noſtro drach.j. fiat vnguẽtũ.

96 Nobilis mulier laborabat Empyemate, quæ ſaniei eſt excretio, illam ſanaui oleo ſulphuris, potato in aquis ciclaminis meliſſæ & betonicæ.

97 In grauiſſimis iuncturarum doloribus, vſus ſum oleo vitrioli in aqua terebentinæ, vel aqua abſinthij.

98 Preſbyter quidam artritide & nephritide laborabat, quem curaui cum ſolo oleo terebentinæ, more noſtro.

99 Quædam Regina ex menſtruorum retentione linguam habebat inflatam & tumidam, quod non poterat loqui, laſſitudo vniuerſum corpus quoque tenebat, atque etiam

etiam mente delirabat, curaui per extractionem ſanguinis ex vena ſaphena dicta.

100 Puer quidam annorum 12. ſubitò incidit in magnum capitis tumorem, erat autem tumor mollis, ſpatio quatuor dierum curaui cum hoc medicamento, ℞.olei camomillæ tapſi barbati, Hipericonis, &c. inunge tumorem.

101 Adoleſcens quidã laborabat ſpaſmo canino, adeò quòd os haberet valde detortum, quem curaui inungendo dorſi ſpinam cum balſamo elenii, & hederæ, locum detortum paulatim, & leuiter manu quotidie in locum proprium trahendo, interea etiam exhibui illi in potu oleum ſalis.

102 Quidam habebat apoſtema pòſt aures, curaui illum cum purgatione ex eſſentia mercuriali, & per applicationem opodeltæ.

103 Splenem inflatum & induratũ curaui cum meo emplaſtro facto ex gummis, &oleo philoſophorũ cum ſucco ciclaminis.

104 Mulier quædam vigilans ſomno laborabat lethargico, ita quòd oculos ſemper habebat clauſos: quam ſi quis appellaſſet, difficulter oculos apperiebat, & quod loquebatur nemo intelligere poterat, neque rectè reſpondebat, ſed vitrioli oleo ſo-

lo vſu, ſanitatem recuperauit.

105 Nobilis quidam in Carinthia peſte laborabat, quem ſanaui exhibendo illi electuarium iuniperorum. Quod impaſtatur oleo vitrioli omni mane ſcrup.i.

106 Princeps Germanus qui phreniti de laborabat ob febris vehementiam, exhibui illi laudanum noſtrum grana quinque, ſebris expulſa eſt, & horis ſex integris dormiuit.

107 Mulier celebris, matricis ſuffocatione laborabat, illam ſanaui ſpecifico noſtro corticis ficus ſupra carbones accenſos, & fumum per partes inferiores ſuſcipiendo, ſtatim liberata fuit.

108 Iuriſconſultus, Anguſtę colico dolore diu cruciabatur, & ab aliis derelictus, curaui illum exhibendo laudanũ noſtrum.

109 Barbitonſor quidam Argentinenſis, quũ graui capitis dolore cruciabatur, vt olfacere dedi ſampſuſci, ſiue maioranæ oleũ, & guttulam in vtramque aurem impoſui, & quamprimùm factus eſt ſanus.

110 Mulier quædam Colmariæ Epilepſia laborabat naribus impoſui oleum gagates, paulo pòſt ſurrexit, inde purgaui illã elleboro noſtro, ſequenti die guttulas aliquas olei cranei ipſi dedi, quæ peſtea non amplius

amplius ſenſit.

111 Quidam Baro Hiſpanico morbo malè affectus,& miſerrime vnguento quod vocant de vigo inunctus, & ab academicis derelictus: primo purgaui illum noſtro ſpecifico torpeto, inde dedi illi oleum ſolis & margaritarum in aqua guaiaci rectificata, poſtea bene ſe habûit.

112 Plures qui febre quartana vexabantur, illos ſanaui noſtro torpeto, & illos quoque qui peſte vel pleuritide laborabãt.

113 Quidam annorum 50. ſpaſmo laborabat, ita quòd caput & collum ſic habebat contracta circa pectus, vt non poſſet eleuare vel mouere, cui applicui arcanum magnetis & oleum ſalis,& factus eſt ſanus.

114 Quidam paralyſi laborabat, quem ſola eſſentia cheiri ſanaui, extracta cum ſpiritu vini.

Finis experimentorum Philippi Theophraſti Paracelſi, ſummi philoſophi, & vtriuſque medicinæ Doctoris præſtantiſſimi. His in laudem Ieſu Chriſti fruere, & Vale.

B. G. L. P.

HERMETICARVM MVSARVM CVLTORIBVS SALVTEM.

LIBRI *Philoſophorum omnes (candide lector) quicumque de abſtruſa illa Hermetica medicina loquuntur, nihil aliud ſunt quàm ſpagyricus labyrinthus, in quo plerique artis diſcipuli in varias ambages & viarum fraudes incidunt, ita vt ad hunc vſque diem, aut nulli, aut pauciſſimi, exitum verum inuenerint. Si enim via quædam facilis in hoc labyrintho ſeſe aperit errantibus, quæ videtur rectà ad fores extremas deducere, mox occurrerunt irremeabiles anguli, qui perpetuis carceribus deuios includunt. Sic ſi in philoſophorum ſcriptis offerunt ſeſe interdum & faciles, & manifeſtæ viæ, quæ prima fronte intuentibus ſecundum literam planæ videntur, mox incauti operatores, apertis philoſophorum verbis decepti, innumeris dolis implicantur. Accedit ad hæc, quòd multi pſeudochymiſtæ, multos ſuis fraudibus & ſophiſmatibus decipiunt, vendentes & ſpargentes mendaces, chymicas operationes & chartas, quibus nimium credulis,*

credulis, aureos promittunt montes & lollium seminantes, triticum expectare iubent. Quare ego tactus commiseratione, hasce regulas plenas veritatis & rationum physicarum tibi offero: in quibus integram artem perspicuè, tanquam in tabella depictam habebis. Has examina, perpende, & firmis argumentis animi tui opinione muni, sic errare non poteris. Qui enim omnibus sophismatibus absque iudicio credit, volens decipitur. Vera ars multis inuolucris tecta est, quibus facilè incauti intricantur. Ergo antequam operari incipias, causas rerum naturales prudenti consilio perpende: aut noli rem aggredi: satius est tempus solerti iudicio, & meditationi tribuere, quàm temeritatis & stultæ inconsiderantiæ pœnas luere. Vale.

B. D. P.

REGVLÆ SEV CANONES ALIQVOT PHILOSOPHICI DE LAPIDE PHILOSOPHICO.

Aut hic, aut nusquam est, quod quærimus.

CANON PRIMVS.

ID QVOD perfectioni proximum est, facilius ad perfectionem deducitur.

2 Imperfecta nulla arte perfectionē induunt, nisi prius à feculento sulphure, & crassitiæ terrestri repurgentur, quæ admixta est mercurio & sulphuri, id quod medicina prestat perfecta.

3 Imperfecta reddere fixa, absq; perfectorum spiritu & sulphure, omnino est impossibile.

4 Cœlum philosophorum metalla omnia, in primam materiam, id est in mercurium resoluit.

5 Qui metalla in mercurium reducere conātur, absq. cœlo philosophico, vel aqua vitæ metallica, eorumdémue tartaro, hallucinantur grauiter, quoniam impuritas natans in mercurio ex dissolutionibus aliis, ipsis

ipſis oculis cernitur.

6 Nihil perfectè figitur, quod non fixo indiſſolubiliter copuletur.

7 Aurum fuſibile mutari poteſt, & in ſanguinem verti.

8 Luna vt fixa reddatur, nec in puluerem, nec in aquam reſoluenda eſt, hoc enim radicitus eſt eam deſtruere, in mercurium verò reduci neceſſariò debet.

9 Luna in ſolem (excepta phyſica tinctura) tranſmutari nequit: niſi in mercurium currentem redeat, & ſic de cæteris metallis cenſendum.

10 Imperfecta corpora vnà cum luna, perfectione donantur, & in purum ſolem conuertuntur, ſi prius in mercurium reducta fuerint, & hoc ſulphure albo vel rubeo virtute ignis appropriati.

11 Omne imperfectum corpus ad perfectionẽ deducitur, reductione in mercuriũ poſtea decoquẽdo cũ ſulphurib⁹ in igne appropriato. Nã ex ipſis generãtur aurũ & argentũ, & illi hallucinãtur, & in vanũ laborãt qui alio modo facere aurũ & argẽtũ nitunť.

12 Sulphur martis optimũ eſt, hoc .n. ſulphuri ſolis iunctũ, medicinã quãdam parit.

13 Aurum nullum generatur, quin prius argentum fuerit.

14 Natura componit & præcoquit mineras suas gradatim pergendo: & sic ex vna radice tantum,omnia metalla procreat vsque ad vltimum finem metallorum quod est aurum.

15 Mercurius solem corrumpit,& in mercuriũ resoluit, eúmque facit volatilem.

16 Lapis ex sulphure & mercurio est compositus.

17 Si mercuriorum præparatio non ab aliquo artifice perito doceatur, nec librorum lectione addiscitur.

18 Mercurij præparatio pro menstruo philosophico,mortificatio appellatur.

19 Praxis huius magni operis maximũ naturæ superat arcanum, & nisi diuinitus aut ab artificibus reueletur, aut ipso opere ostendatur, nunquam ex libris exculpetur.

20 Sulphur & mercurius materia sunt lapidis: ideo mercuriorum cognitio est necessaria vt eligatur mercurius melior, quò citius lapis perficiatur.

21 Certus quidam mercurius latet in corpore quodam, paratus absque alia præparatione: sed difficilima est ars extrahēdi.

22 Mercurius in solem vel lunam verti & fixari nequit, nisi compendio abbreuiationis magni operis.

23 Congelare, fixare, opus eſt vnum: vnius tantum rei, in vnico vaſe.

24 Quod mercurium cōgelat, & fixat, id quoque tingit eundem, vna & eadem praxi.

25 Gradus ignis in opere obſeruandi veniunt quatuor, in primo mercurius corpus ſuum ſoluit: in ſecundo, ſulphur mercurium exſiccat: in tertio & quarto, mercurius fixatur.

26 Res radicaliter in profundo ſuo permiſtę per minutiſſima quæque: poſtea fiunt inſeparabiles, velut nix aquæ immiſta.

27 Diuerſa ſimplicia putrefactioni impoſita, alia producunt diuerſa.

28 Formam & materiam eiuſdem ſpeciei eſſe neceſſariò oportet.

29 Sulphur homogeneum, eiuſdem eſt naturæ mercurialis, quæ aurum & argentum producit, & ſulphur hoc purum aurum & argentum eſt, non ea in forma qua oculis cernitur: ſed qua in mercurium diſſolutum eſt.

30 Sine diſſolutione philoſophica ſolis in mercurium poteſt extrahi ex auro quædam fixa vnctuoſitas, quæ vicem fermenti obit, ſolem & lunam generantis, ídque via abbreuiationis operis perficitur, quam Ge-

40 Mercurius ſiſtitur ſulphure imperfe ctorum corporum,& coagulatur in corpus imperfectum,trãſitque in eandem ſpeciem metallicam corporis imperfecti, cuius ſulphure eſt coagulatus & concretus.

41 Solem & lunam facere imperfectorũ corporum ſulphure,prorſus eſt impoſſibile. Quęlibet res nihil amplius præſtare poteſt, præter id quod in ſe eſt & continet.

42 Mercurius omniũ metallorum ſemẽ fœmininũ,& illorũ menſtruũ eſt,arte boni operatoris eo deductus. Nã per proiectionẽ magni operis recipit & pertranſit omnium metallorum qualitates vſque ad ſolem.

43 Vt rubea tinctura eliciatur, ſolummodo ſolis fermento animandus eſt mercurius: alba verò,ſolo fermento lunæ.

44 Opus philoſophorum facilimo labore perficitur, & abſoluitur abſque magnis ſumptibus, ídque ómni loco, quocunque tempore & ab omnibus,ſi modò veram & ſufficientem habeant materiam.

45 Solis & lunæ ſulphura, ſpiritus ſuarum ſpecierum ſiſtunt.

46 Sulphura ſol & luna vera ſpermata vel ſemina maſculina ſunt lapidis.

47 Omne qđ virtute ſiſtẽdi&fixãdi pollet, neceſſariò oportet eſſe ſtabile,&permanẽs.

48 Tinctura tribuens imperfectis perfectionem, ex solis & lunæ fonte emanat.

49 Quicunque veneris accipiunt sulphur, hallucinantur.

50 Veneri à natura nihil tributum est, quod magno operi spagyrico aut necessariũ sit, aut inseruire possit ad conficiendum solem vel lunam.

51 Nota solem in mercuriũ conuersum ante coniunctionem cum menstruo, nec animam, nec fermentum, nec sulphur esse posse, nihílque prodesse.

52 Opus ad finem perductum reiteratione, igneum reddi potest.

53 In operis abbreuiatione corpora perfecta in mercurium reduci debent currentem, & aquam siccam quo rectè fermentum excipere possint.

54 Mercurii præparatio quæ sublimatione peragitur, præstãtior est (adhibita postea reuificatione) quæ per amalgama rectius & melius perficitur.

55 Anima formam imprimere nequit, nisi interueniente spiritu, qui nihil aliud est, quam sol in mercurium versus.

56 Mercurius formam solis recipit mediante spiritu.

57 Sol in mercurium resolutus, spiritus

tus eſt & anima.

58 Sulphur philoſophorum, tinctura, fermentum vnum & idem deſignant.

59 Vulgi mercurius omnibus mercuriis corporum redditur æqualis, & ad ipſorum ſimilitudinem & naturam, proximè accedit.

60 Fermentum ponderoſiorem reddit mercurium.

61 Si mercurius vulgi nõ eſt animatus, vel anima caret, nec ad vniuerſale, nec ad particulare opus aliquod momẽtum affert.

62 Mercurio rectè mortificato iam anima eſt impreſſa.

63 Sol in fermentum præparari poteſt, ita vt vna pars decem partes mercurij vulgi animet, ſed hoc opus finem non habet.

64 Mercurius corporum imperfectorum medio loco ſe habet ad mercuriũ vulgi & corporum perfectorum, ſed extrahendi ars difficillima eſt.

65 Quandoquidem mercurius vulgi proiectione lapidis in ſolem vel lunam vertitur, ideo poteſt altius aſcendere, exaltari, & æqualis reddi omnibus mercuriis corporum.

66 Maximum eſt arcanum, vulgi mercurius animatus.

67 Metallorũ omniũ mercurii operis abbreuiatione in aurũ argentúmve mutãtur.

68 Humidus & lentus calor ignis Ægyptici nomine appellatur.

69 Notatu dignum eſt, lunam matrem vulgaris lunæ nõ eſſe,ſed mercurium quendam,qualitate lunę cæleſtis præditum.

70 Luna metallica maſculinę eſt naturę.

71 Vulgi mercurius induit naturam fœminæ,ex frigiditate ſterilis.

72 Mercurii ſemimineralium, lunæ naturam ſimilitudine referunt.

73 Res quæcunque, ex ſole & luna ſunt productæ,videlicet ex duabus ſubſtantiis.

74 Maſculus & fœmina,id eſt ſol & mercurius,in vnum coaleſcunt.

75 Mercurius vulgi,remotus abſque prę paratione eſt ab opere.

76 Quatuor 5. mercurius & j.ſolem, id eſt fermenti, verum maſculi & fœminæ conſtituunt matrimonium.

77 Solutio peracta eſt, ſole in mercurium reſoluto.

78 Abſque putrefactione,nulla perficitur ſolutio.

79 Putrefactio ad albedinem vſque ſe extendit & durat.

80 Magnum arcanum eſt ſpiritus mundificatio,

dificatio,quo præparatur menſtruum, nam eo ſol reſoluitur.

81 Mercurius aurum in aquam formæ ſuæ reſoluit, hoc eſt in mercurium currentem quemadmodum ipſe eſt.

82 Diſſolutio,principiū eſt congelationis.

83 Sol in mercurium currentem verſus, paruo tempore in eadem manet forma.

84 Fermentum,exſiccat mercururiū,illúmque pōderoſiorem reddit,ſiſtit & fixat.

85 Sol philoſophorum,fons appellatur.

86 Materia vi putrefactionis, in pultem vel lutum conuertitur, quod coagulationis eſt principium.

87 Eſt quædā via cōpendioſa,qua ſoli & lunæ ſulphur ſuū eximitur,quo omnis mercurius in aurum & argentum fixatur.

88 Materia,ab igne numquam debet remoueri, ne refrigeretur, ſecus faciens,opus deſtruit.

89 Materia cùm nigredinis colorē attigit,ſecūdū adhibere gradū ignis neceſſe eſt.

90 Philoſophorum lotio,ſimilitudo eſt:ignis enim omnia ſolus perficit & præſtat.

91 Venenum fetórque tollitur abſque additamento aliquo, vi ignis,qui omnia ſolus abſoluit.

92 Ignis virtute ſua penetratiua,& acuta

centies magis purgat & mundat quàm quæuis alia aqua.

94 Calore extincto in vegetatione & generatione rei cuiuscunque, subitò mors rem crescentem inuadit.

95 Spiritus calor est.

96 Materia ad albedinem deducta corrumpi & destrui nequit.

97 Omnis materiæ corruptio, lethali veneno notatur.

98 Vitrum vel vas mater nuncupatur.

99 Virtus sulphuris extensiua non est, nisi ad certę proportionis terminum vsque, nec in infinitum pondus excedere potest.

100 Quæstio est obseruanda, quare philosophi vocent lapidis materiã menstruum.

101 Sulphur formæ nomen meretur, menstruum verò materiæ.

102 Menstruum parua inferioráque elementa repræsentat terræ scilicet & aquæ: sulphur verò superiora duo ignem & aerem tanquam agens masculinum.

103 Si oui testam fregeris vt excludatur pullus, numquaam rectè hoc fiet, pari modò si vas aperueris, & materia aerem senserit, nihil vnquam præstare poteris.

104 Calcinatio quæ fit cum mercurio, in reuerberationis fornace, aliis pręstantior

tior eſt.

105 Modi loquendi philoſophorum notentur ſtudioſè, Per ſublimationem enim intelligunt diſſolutionem corporum in mercurium, per primum ignis gradum, quem ſequitur ſecunda operatio, quæ eſt mercurii inſpiſſatio,cum ſulphure:tertia eſt mercurii fixatio, in perfectum, & abſolutum corpus.

106 Infinitus eſt numerus errantium, qui non concedunt mercurium, quatenus in forma ſua eſt, admixta perfectorum corporum calce amalgamata, lapidis eſſe ſubiectum & materiam.

107 Medicina alba in tertio gradu ignis ad perfectionem deducitur,atque hunc gradum in albæ medicinę præparationem non licet tranſcendere, ſi ſecus feceris,opus ad album deſtrues.

108 Quartus gradus ignis rubicundam parit materiã, vbi apparent diuerſi colores.

109 Opus poſt albedinis gradum, non perductum ad ſummam rubedinem,imperfectum manet, non ſolùm quòd ad album, ſed etiam quòd ad rubeam tincturam attinet, ergo mortuum relinquitur donec in perfectam deſinat rubedinem.

110 Poſt quintum ignis perſici gradum,

materia nouas acquirit vires.

111 Opus, perfectionem non attigit, nisi medicina fuerit incerata, & fusibilis reddita instar ceræ.

112 Cerationis op⁹, perficitur terni, binarii, quãtitate mercurii, qui lapidi dedit originẽ.

113 Albæ medicinæ inceratio, peragitur aqua alba sine mercurii animato ex luna, Tincturæ verò rubeæ inceratio, fit cum mercurio sole animato.

114 Sufficit materiam post incerationem in modum pultis vel pastæ manere.

115 Incerationem repete, donec probam sustineat perfectam.

116 Si mercurius quo medicina incerat' in fumũ cõuersus euolauerit, nihil refert, noli ægreferre, nam res eôdem recidit.

117 Medicina rectè incerata, ænigma tibi explicat, Regis à fonte redeuntis.

118 Sol in suam aquam primã vel mercurium redactus, beneficio mercurii vulgi, si refrigeratus fuerit, opus periit.

119 Philosophi materiam à natura præparatam & coctam accipiunt, & reducunt in primã materiã: siquidẽ quæcũque res redit in idipsũ ex quo traxit originẽ, quẽadmodũ nix, in aquam inseparabiliter resoluitur.

120 Sapientes annos in menses redigunt, menses

menſes in ſeptimanas, has verò in dies.

121 Prima mercurij decoctio, quā natura peragit, eſt ſola cauſa ſimplicis ſuæ perfectionis, vltra quā per ſeſe minimè aſcēdere poteſt. Etenim illius ſimplicitatē iuuare oportet, ſeminādo aurū noſtrū in propria ſua terra, quæ nihil aliud eſt quàm mercurius pur⁹, quē natura parū & nō perfectè digeſſit.

122 Secunda verò mercurii decoctione, præter primam illam naturę, virtus mercurii decies multiplicata euadit.

123 Fit autē lapis mercurii, decoctionem reiterando, ſole admixto, hac enim ratione tam vir quàm fœmina bis percoquuntur.

124 Sol mercurio inponi debet vt in ſulphur ſoluatur, proinde in philoſophorum lapidem coquatur.

125 Quiſque ſingulis momentis philoſophorum mercurium contemplatur, nec eum tamen agnoſcit, nec intelligit.

126 Quilibet mercurius cuiuſcunque originis materiam lapidis exhibet rectè, & debito modo acceptus.

127 Quæcunq. res ex qua elici poteſt mercurius, philoſophicę medicinæ ſubiectū eſt.

128 Quicunque philoſophorum ſcripta accipiunt & intelligunt ſecundum literam, grauiter hallucinantur, cùm affirmant mercurium ſuum vnum.

130 Mercuriorum vnus alterum excedit, maiori caliditate, ſiccitate, decoctione, puritate, perfectione, qui ſine corruptione, & amiſſione formæ præparari, & à ſuis ſuperfluitatibus purgari debet, in quo theſaurus & lapidis arcanum conſiſtit.

131 Si mercurij vulgi præparatio innotuiſſet philoſophiæ ſtudioſis, alius philoſophorũ mercurius non eſſet inquirẽdus: nec alia aqua vitæ metallica & mercurialis, nec alia lapidis aqua quoniam vulgi mercurii præparatio hęc omnia in ſeſe continet.

132 Quilibet mercurius metallorum & mineralium gradibus ſucceſſiuis poteſt per coqui & exaltari in qualitatem vſque mercuriorum omnium aliorum corporum vſque ad corpus ſolare, indéque deduci ad eum gradum & virtutem corporis metallici ad quem volueris.

133 Mercurius vulgi ante legitimam præparationem, mercurius philoſophorum non eſt: poſt præparationem autem, nomine mercurii philoſophorum inſignitur: continens in ſe veram methodum, & viam extrahendi mercurium ab aliis metallis: éſtque initium maioris operis.

134 Mercurius vulgi preparatus pro aqua vitæ metallica habetur.

135 Mercurius paſſiuus, & mẽſtruum, externam formam mercurii amittere nullo pacto debent.

136 Quicunque, loco mercurii currentis (ad complendum philoſophorum opus) vtuntur ſublimato, aut puluere calcinato, vel præcipitato, falluntur, & peſſimè hallucinantur.

137 Quicunque mercurium in aquam claram reſoluunt, ad perficiendum opus philoſophicum, grauiter errant.

138 Ex aqua limpida componere mercurium & conficere, in nullius eſt poteſtate, quàm naturæ.

139 Neceſſariò requiritur in magno opere phyſico, vt crudus mercurius ſolem in mercurium reſoluat.

140 Si mercurius eſt in aquam reductus, ſolem ſoluit in aquam, & in opere lapidis, ſummè neceſſarium eſt, vt in mercurium ſoluatur.

141 Sperma & mẽſtruum, externas formas habere ſimiles oportet.

142 Philoſophorum doctrina prædictum eſt, quòd naturam neceſſariò debeamus irritari: ſi igitur menſtruum ſiccum fuerit, fruſtra ſperatur ſolutio.

143 Lapidis ſemen accipi debet in for-

ma ſimili & propinqua metallis, quæ ad metalla proximè accedit.

144 Summè neceſſarium eſt, ſemen medicinæ philoſophicæ accipere, quæ mercurium vulgi referat.

145 Omnium arcanorum arcanum lapidis eſt, ſcire mercurium materiam & menſtruum eſſe: mercurium perfectorum corporum eſſe formam.

446 Mercurius per ſe ſolus, nihil momenti ad generationem affert.

147 Mercurius eſt terræ elementum, cui ſolis granum debet inſeri.

148 Semẽ auri nõ ſolùm in quantitatis multiplicãtiæ poſitum eſt, ſed etiã virtutis.

149 Mercurius perfectus ad generationis opus, fœminam quęrit.

150 Quilibet mercurius ex duobus elementis oritur, & participat. Crudus ex aqua & terra: coctus ex igne & aëre.

151 Si quis mercurium velit in metallũ præparare & exaltare, addendum eſt illi parum fermẽti, vt extolli poſſit ad talem gradum metallicum qualem velimus.

152 Totius operis arcanũ eſt ſummum, Diſſolutio phyſica in mercuriuṁ, & primam materiam reductio.

153 Solis diſſolutio perfici debet natura,

non

non manuum opere.

154 Sol cùm coniungitur vel maritatur cum ſuo mercurio, in forma erit ſolis, maior verò præparatio erit in calce.

153 Quæſtio inter ſapientes, Vtrum mercurius lunę, coniunctus mercurio ſolis, poſſit menſtrui philoſophici loco haberi.

156 Mercurius lunæ obtinet naturam maſculi, duo verò maſculi, non minus generare poſſunt quàm duæ fœmellæ.

157 Elixir conſiſtit vt eliciatur, & puriſſima mercurij ſubſtantia eligatur.

158 Qui cupit operari, in ſolutione & ſublimatione duorũ luminarium operetur.

159 Aurũ aureũ, Argentũ argenteum tribuit colorẽ, qui verò mercuriũ cum ſole vel luna tingere nouit, ad arcanum venit.

F I N I S.

Habes iã (amice lector) Canones philoſophicos, ſine quibus vix ad optatum finẽ peruenies quiſquis es, vti grato animo hæc Hermeticæ præludia & fundamenta acceperis, & in hac theorica pia meditatione te exercueris: praxim harũ regularũ tempus aliquando proferet, nõ illam truncatam, quam nonnullis pateſeci, ſed integram, multis argumentis & ſolidis rationibus confirmatam: interea vale, viue, tibíque bene conſule.

IOHANNIS PONTANI SVMMI PHILOSOPHI Epiſtola, in qua de lapide, quem philoſophorum vocant, agitur.

EGo *Iohannes Pontanus multas perluſtraui regiones, vt certum quid de lapide philoſophorum agnoſcerem: & quaſi totum mundum ambiens, deceptores falſos inueni, & non philoſophos, ſemper tamen ſtudens, & multipliciter dubitans, veritatem inueni. Sed cùm materiam agnoſcerem, ducenties erraui antequam veram materiam, operationem & practicam inueniſſem. Primò materiam, operationes, putrefactiones nouem menſibus cœpi, & nihil inueni. Etiam in balneo mariæ per tempus aliquot poſui, & ſimiliter erraui. Enimuero in calcinationis igne tribus menſibus poſui, & malè operatus ſum: omnia diſtillationum & ſublimationum genera (prout dicunt, ſeu dicere videntur philoſophi) ſicut Geber, Archelaus & alÿ ferè omnes, tractaui & nihil inueni. Denique ſubiectum totius artis alkimæ omnibus modis qui excogi-*

tandi

tandi sunt,& qui fiunt per fimum, Balneum,Cineres & alios ignes multiplicis generis, qui tamen philosophorum libris inueniuntur perficere tentaui,sed nihil boni reperi. Quapropter annis tribus continuis in philosophorum libris studui in solo præsertim Hermete: cuius verba breuiora, totum comprehendunt lapidem, licet obscurè loquatur,de superiori & inferiori: de cælo & terra. Nostrum igitur instrumentum quod materiam deducit inesse in principio secundo & tertio opere, non est ignis balnei neque fimi aut cinerum, nec aliorum ignium quos philosopi in libris suis posuerunt. Quis igitur ignis ille est, qui totum perficit opus à principio vsque in finem? Certè philosophi celauerunt, sed ego pietate motus vobis declarare, vnà cum complemento totius operis,istius ignis proprietates volo. Lapis ergo philosophorum vnus est, & multipliciter nominatur, & antequam agnoscas tibi erit difficile. Est enim Aqueus, Aereus, Igneus, Terreus, Flegmaticus, Cholericus & melancholicus, est enim sulphureus, & est similiter argentum viuum, & habet multas superfluitates, quæ per Deum viuum conuertuntur in veram essentiam mediante igne nostro, & qui aliquid à subiecto separat,putans necessarium esse, profectò in philosophia nihil nouit. Quia superfluum,immundum,turpe & fæculentum, & tota denique sub-

ſtantia ſubiecti, perficitur in corpus ſpirituale, fixum mediante igne noſtro. Et hoc ſapientes numquam ignorauerunt: propterea pauci ad artem perueniunt, putantes aliquid tali ſuperflui & immundi. Nunc oportet elicere proprietates noſtri ignis, & an conueniat noſtræ materiæ ſecundum eum modum, ſcilicet vt tranſmutetur, cùm ignis ille non comburat materiam, nihil de materia ſeparet: non ſegreget partes puras ab impuris (vt dicunt omnes philoſophi: ſed totum ſubiectum in puritatem conuertit. Non ſublimat, ſicut Geber ſuas ſublimationes facit ſimiliter & Arnaldus: & alij de Sublimationibus & diſtillationibus loquentes, in breui tempore perfici. Mineralis eſt, æqualis eſt, continuus eſt, non vaporat niſi nimiùm excitetur, de ſulphure participat: aliunde ſumitur quàm à materia, omnia diruit, ſoluit & congelat, ſimiliter & congelat, & calcinat, & eſt artificialis ad inueniendum, eſt compendium ſine ſumptu aliquo, ſaltem paruo, & ille ignis eſt cum mediocri ignitione, quia cum remiſſo igne totum opus perficitur, ſimul omnes debitas ſublimationes facit qui Gebrum legeret, & omnes alios philoſophos, ſi centum millibus annorum viuerent, non comprehenderent,

rent, quia per ſolam & profundam cogitationem ignis ille reperitur, tunc vero poteſt in libris comprehendi & non prius. Errore igitur iſtius artis eſt non reperire ignem, qui totam materiam conuertit in verum lapidem philoſophorum: ſtudeas igitur ibi. Quia ſi ego hunc primo inueniſſem, ego non erraſſem ducenties in practica ſuper materiam: propterea non miror ſi tot & tanti ad opus non peruenerunt, errauerunt, errant, errabunt, eò quòd proprium agens non poſuerunt philoſophi, excepto vno, qui Artephius nominatur, ſed per ſe loquitur: & niſi Arthephium legiſſem, & loqui ſenſiſſem, nunquam ad complementum operis perueniſſem. Practica verò hæc eſt, Sumatur, & diligenter quàm fieri poteſt, teratur, contritione phyſica, & ad ignem dimittatur, igníſque proportio ſciatur, ſcilicet, vt tantummodo excitet materiam, & in breui tempore ignis ille, abſque alia appoſitione manuum, de certo totum opus compleuit, quia putrefaciet, corrumpet, generabit & perficiet: & tres faciet apparere colores principales, Nigrum, Album & Rubeum, & mediante igne noſtro, multiplicabitur medicina, ſi cum cruda adiungatur materia: & non ſolùm in quantitate, ſed etiam in virtute: totis enim

viribus tuum ignem inquirere scias, & peruenies. Quia totum facit opus, & est clauis omniũ philosophorum, quam nunquam reuelauerunt, sed si bene & profundè supra prædicta de proprietatibus ignis cogitaueris, scies, & non aliter pietate ego motus hoc scripsi, sed vt satisfaciam ignis non transmutatur cum materia, quia non est de materia vt suprà dixi. Hoc igitur dicere volui prudentésque admonere ne suas pecunias inutiliter consumant. Sed sciant quid inquirere debeant eo modo ad artis veritatem peruenient, & non aliter. Vale.

PHILO-

PHILOSOPHORVM IG[NES] SVNT QVATVOR.

PRimus, Aqua diſſoluens & calcinans: & dicitur ignis contra naturam mercurij.

Secundus, Sulphur Album, & Rubeum: & dicitur ignis non naturalis.

Tertius, Ignis Lampadis, & dicitur ignis non naturalis.

Quartus, Ignis Carbonum, & dicitur ignis elementaris.

DE AQVIS MERCVRIALIBVS TRACTATVLVS.

VEra aqua mercurialis tribus materiis perficitur.

Primò, mercurius vulgi in aquã reducitur, qua corpora perfecta in mercuriũ reſoluũtur, quę vegetabiliter reducitur additione lunæ, poſtea animatur ſolis diſſolutione.

Aquæ mercuriales ſunt tres: Scilicet Mineralis, Vegetabilis, & Animalis. Triplex eſt mercurius philoſophorum.

Primò, mercuri9 vulgi q corpora calcinat.

Secundò, aqua mercurii, reſolués & ſublimans eadem corpora.

Tertiò, verus mercurius philoſophorum, cui fermentum adiungitur ad lapidis compoſitionem.

Perſcrutare & tace. B. G. L. *à Portu.*

B. G. PENOTVS LONDRADA A PORTV SANCTÆ MARIAE, AQVITANVS, SALVTEM.

HÆc quatuor particularia (candide lector) tibi patefacere & cõmunicare placuit, quæ si prima frõte operi & practicę tuæ non respondebunt, tuæ ignorantiæ & errori memento esse imputandum, leuis enim error totum opus destruit, qui ex lectionę librorum philosophicorum tibi venię corrigendus. Multum enim diúque philosophorum dicta sunt scrutanda, examinanda, masticanda, antequam occultum sensum elicias. Si igitur in legendis philosophorum libris deses extiteris, in rebus parandis promptus esse non poteris. Quamobrem non licuit mihi ex philosophicarum legum autoritate, omnia palàm de verbo ad verbum interpretari. Relinquendum est aliquid ingeniis industriis, in quo se exerceant meditando & inuestigando. Attamen si gratitudinis debitæ non ob-

litus

litus fueris, tibi hæc omnia patefient, & in-
notescẽt in meo Galliæ portu, vbi plurimæ
operationes, hactenus paucis cognitæ, fideli
ter depingẽtur. Interea verò horũ particu-
larium inuentor non sum, quædam ex do-
no, quædam ex auri premiis & muneribus
ad me peruenerunt. Tibi verò gratis hæc
largior, quibus fruere rectè. Vale.

TRACTATVS QVORVNDAM PARTICVLARIVM QVOrum omnium primum eſt *marcaſitæ plumbææ præparatio, tum ad metalla, tum ad humana corpora tranſplantanda, ſequitur.*

SATVRNVS philoſophorum (ꝓpriè eſt marcaſita plũbęa,) reuera antecellit Solem & lunam, adeò vt Raimundus dicat, in hoc mundo inferiori nullum maius ſecretum, quàm illud quod conſiſtit in marcaſita plumbęa, adeò vt illi qui penitius eius virtutem & naturam perſcrutati ſunt, inuicem ſeſe iuramento obſtrinxerint, numquam prodituros naturæ ſecreta ad extremum vſque vitę terminum: quandoquidem eius operatio eſt planè huiuſmodi, vt varios habeat vſus. Quod debitè præparatum, non ſolùm tetros corruptóſque noſtri corporis humores, verùm etiam lunam in ſolem poteſt quibuſcunque experimentis tranſplantare.

Eius

℞. Mineralis marcaſitæ plũbææ pondera 12. & minutim marmoreo lapideo puluериſetur & in modũ alicuius coloris, aceto diſtemperetur, diſtemperata & bene contuſa imponatur vaſi vitreo forti, & ſuperfundatur bona quantitas aceti diſtillati, & ligneo baculo bene commoueatur, & ſic reponatur in B. M. deinde addatur alambicus cæcus, & ſic remaneat per octo dies continuos, ſemper quotidie ſepties agitando & remouendo. Deinde permittas vt tota materia refrigeretur. Quo facto aceti ſpiritum, qui maiori ex parte ſui erit colore flauo tinctum, extrahito per inclinationẽ in vas mundum vitreum, tamen vt fęces non turbentur, iterum recens acetum diſtillatum ſuperfundatur, & ligneo baculo commiſceatur, & alambicus cæcus imponatur, & eo modo quo ſuprà feciſti, per totũ octiduum digeratur in B. M. poſtea depromatur acetum coloratum, & ponatur cum præcedenti: & hoc tamdiu faciendum erit, quandiu vides acetum ipſius colore amplius non tingi quia poſtremum tibi maſſa alba relinquetur inſtar terræ albæ.

Aceti colorati distillatio.

Distillandum est tibi totum illud conquisitum acetum, per alambicum, donec omnino amplius non distillet, & relinque tuas cucurbitas per triduum in bal.M. cum fæcibus, vt bene exarescant, tunc deponantur, & reperies in fundo cucurbitarum materiã albam, quam eximes quia in eiusdem albedine latet eius rubedo abscondita marcasitę plumbææ. Hoc modo pręparatũ, multum cõfert ad aquam philosophorum conficiendam, quam vocant ardentem.

Fæcum præparatio.

Nunc accipe has fæces albas vel materiam, & impone vasi distillatorio cum suo capaci recipiente, & iuncturæ bene clausæ, ne spiritus exeant, & sedeat vas inter cineres calidos, & primò da ignem lentum, sed deinceps feruentiorem, ita vt distillatione prouocet. Quòd si distillatio non subsequitur, tunc operæprecium est augere ignem per duos dies, & duas noctes continuos, tunc primùm emanabit aqua alba, deinde oleum rubrum, vel aureum, quod maxima cura contegendum erit.

Fæces iterum accipiendæ.

Deinceps fęces, illas accipe, & ad furnũ ad calcinandum per octo dies continuos po-

nantur,deinde extrahãtur,& minutim conterantur,& vasi vitreo imponantur,&bona quantitas aceti distillati superinfundatur, & baculo ligneo bene distemperetur. Quo facto,iterum reponãtur in B.M.per octo dies continuos : sic tamẽ vt singulis diebus commisceantur,quia quò frequẽtius eò melius. Tunc permittas vt omnia debitè refrigerẽtur: postea acetũ ipsum per inclinationem extrahatur à suis fæcibus , caue ne turbẽtur fęces,& iterum aliud recens acetum infundatur,& in B.M.denuò imponatur, & fac sicut antea. Et postea abstrahatur acetum à suis fęcibus, & reiiciantur fęces,quia nulli sunt vsui.

Aceti distillatio.

Iterum totum illud acetum reseruatum accipe.& lẽto igne distilletur , in fundo autem salẽ reperies , in quo latet tota vis & energia,is idẽ sal iterũ recalcinetur in reuerberatorio per XXIIII.horas,igne magno supposito,deinde extrahatur,& ponatur in pristino vase.Et recẽs acetũ superinfũdatur, & ponatur in B.M.& hoc tãdiu continuandum erit,donec sal ipse nullas post se relinquat fęces,quo facto distilletur acetum vt prius, tunc reperies salẽ tuum præparatum,liquidum,& clarum,instar Chrystalli.

SECVNDVM PARTICVLARE, quod Torpetum, siue Diaphoreticum minerale dicitur, purgans sine nausea difficultatéque, sanãs pleurisim, pestem, & præsertim morbum qui habet illum.

℞. Leonis à dracone repurgatissimi partem vnam, Aquilæ mineralis repurgatissimæ, partes duodecim: misceantur vt artis est, postea vasi vitreo seu cucurbitę imponatur, & desuper liquorẽ colcotaris rubei sine phlegmate, bis tantum quantum materia insimul ponderant. Et sic in arena lento igne tribus diebus nutriatur, cauendum nẽ liquor in cappa ascendat: peracto tempore distilla vt fæces remaneant siccæ. Tunc ignem auge, vt arena & vitrum cãdescant, & in tali gradu ignis horis tribus, sic maneat, & paulatim refrigescere sinas. Aperi vitrum, & materiam accipe quam terere oportet: postea aqua limpida abluere, donec nihil acredinis amplius erit, ídque tertia vice perficitur cùm bene expurgatus fuerit: Exciccari permittas: tunc hunc totum puluerem repone in lanceam vitream, & vini spiritus superfũdatur, emineátque tribus digitis & spiritui ignem inferas, quod ter repetẽdum erit: habes sine dubio magnum

TERTIVM PARTICVLARE *laudanum appellatur: Anodinum est, & omnium arcanorum in compescendis doloribus variisque ægritudinibus præstantissimum.*

℞. Liquoris aquæ inexperti & inspissati vncias duas hinc vini spiritum affunde, & in balneo Mariæ sine digeri, tincturámque extrahe, id tantisper facias dum præter fęces nihil in fundo subsideat, & totam tincturam in vase mundo vitreo serua: postea ℞. Gummi Hyosciami in sole exciccati vnc. j. cuius tincturam extrahe per vini spiritum, sicut de liquore dicto fecisti, de Hyosciami gummi, est ita faciendum, vt de liquore tinctura miscebis. Deinde ℞. Dyambræ vncias duas, infunde spiritum vini ad eminentiam trium digitorum vase bene obturato, stet in Balneo Mariæ, vel alio calore tepido tincturam omnem extrahe, sicut fecisti de liquore & Hyosciamo. Sed bene contecta serua ad partem, & ne misceas donec tibi dixero. Postea ℞. mumię vnciam semis, cuius tincturam cum vini spiritu extrahe, & cùm extraxeris, misce cum supra-

dictis. Item ℞. Croci orientalis, de orientali intellige: dra.iij. tincturam extrahe, & misce cum præcedenti, & quotidie remouendo & perturbando in loco tepido bene clausis iuncturis sine sic fermentari diebus 15. tempore peracto pone in B. Mariæ, & omnem spiritum vini distilla, & crassamentum in fundo remanebit. Tunc Dyambræ tincturam superius reseruatæ & aliquantulum affunde, sténtque in digestione tandiu donec inspissetur, ter quatérue in die agitetur, ídque tantisper, dum odor liquoris illius penitus euanescat quod intra sex hebdomadas cõtingit. Tandem quæ sequuntur accipe, Rubedinis corallorum extractæ, Succini perlucidi añ. drach. j. Vnicornu grana vij. Magisterium perlarum scrup. j. Ossis de corde cerui scrup. semis, Auri potabilis vel eius tincturæ drach. semis, omnia bene contusa & commixta in mortario vitreo vel lapideo cum spiritu dyambræ infundãtur cum præcedenti crassamento, & agitétur singulis diebus, & bene cõmisceãtur, postea distilla totum spiritum vini. Iterúmque residuum spiritus dyambræ infunde, & cùm ferè siccum fuerit, adde olei succini, olei macis, & cinamomi añ. circiter scrup. j. Potest vnã partem pro mulieribus

sine

ſine muſco accipere,nam eas lædit,& aliam partem pro hominibus, adde muſci extra-ctionem cum ſpiritu vini ſcrup.ſemis, ſtent in loco calido,temperato, vt exſiccetur, & reſeruetur ad vſum detur in forma pillula-rum,vel cum conuenienti liquore diſſolu-tum in debita doſi vt gran. iij. vel ſex pro maioribus. In doloribus colicis,phrenitide, febribus calidis,artritidi,podagræ,ventricu lo debilitati, ſingulti, & ad vomitum con-fert, ſomnum conciliat. Gran. iij. pro Epi-lepticis cum ſpiritu vitrioli, & eſſentia cam phorę,quæ extrahitur cum oleo amygdala-rum dulcium. Sic fit:

Eſſentiam camphoræ modus extrahendi.

℞. Camphoræ drach.j.olei amygdalarũ dulcium vnc.ſemis, macerentur in ſole vel balneo aut in ſicco tepido furno horis 24. & poſtea habeas ſpiritum vini, & extrahe tincturã ſiue eſſentiã,& iunge cum drach.j. laudani, & drach.ij. ſpiritu vitrioli ſimul mixtis in vnc.vj.in aqua florum pæoniæ, & agitabis,detur pro vice coclear vnũ tempo-re quo laborat, in deploratis morbis ſum-mum eſt remedium.

QVARTVM SPECIFICVM

Panchimagogon dicitur, noxios ſpiritus humoribus commixtos in parua doſi expurgans.

℞. Specierum Diarhodon Abbatis vnc. ij. tincturam extrahe ſpiritu vini, & ſeorſim cuſtodito, poſtea ℞. colocynti drach. vij. Turbit drach. v. Agarici vnc. j. ſem is Hellebori nigri drach. vij. Dyagredi drach. vj. foliorũ ſene vnc. iiij. Rhabarb. vnc. ij. Elaterii drach iiij. Terenda terentur, poſtea ſimul imponantur vaſi vitreo, & deſuper infundatur aqua cinamomi quæ ita fit. ℞. cinamomi libr. j. parumper teratur, & vaſi vitreo includatur, cui optimum vinum album infunde, vaſe bene obturato, relinquatur horis 24. vt maceretur peracto tempore. Diſtilla lento igne: obturatis bene iuncturis (Hac aqua cinanomi) vel ſpiritus vini, poteſt omnium ſupradictorum tincturam extrahere. Interea in loco tepido per menſem vt macerẽtur relinquere oportet, ter quatérue in die agitetur, finito menſe, totus liquor inclinetur, fęces in ſtortam ponantur, & compelle: ſuppoſito recipiente exiet aqua & oleum: oleum rectifica & ſerua, fęces quæ remanſerunt, calcina: fac

Alkali,

Alkali, quod oleo suo iunges rectificato: postea liquorem superius reseruatum, accipe, & pone in Balneo Mariç, humorem extrahe, & in fundo crassamẽtum instar mellis remanebit. Iterum accipe tincturã Dyarhodon Abbatis, & super illud crassamentum impone, & claude vas, reponatur in loco tepido per octo dies quotidie agitãdo, finito tempore, extrahe in Balneo Mariæ spiritum, donec fiat crassamentum admodum mellis: cui adde oleum suum, per retortam erutum, misce simul, & sine digeri donec acquirat consistentiam, talem qualem possis formare pillulas, quod facies statim cùm senserit frigus. Nam in frigido densatur, & in calido liquescit, dosis est scrup. j. ad scrup. j. semis, vel ii. vbi opus fuerit purgatione, in puluere liguiritiæ, sine molestia purgat.

QVATVOR PRINCIPALES morbi ad quos ferè morbi referri possunt.

1 Ide mepe, seu lepra, prima est cuius insignia gerunt vlcera omnia, pruritus, scabies, Alopeciæ, Furfures, Scamæ, Scissuræ cutis, Fœditates malum mortuum & similes effectus.

2 Ad Podagram pertinent, Colicæ Nephritides, Orexes, Dentiũ dolores, Arthritides, Dolorificæ ſluxiones, Capitis dolor, Cephaleæ, Hemicraniæ.

3 Ad Hydropem referuntur Febres omnes, Apoſthemata, Icterus, Cachexiæ.

4 Ad Epilepſiam pertinent catharri, paralyſes, cordis palpitationes, ſpaſmi, vertigines, melancholiæ, apoplexiæ, ſuffocationes matricis.

Si aliquis horum morborum ſummus ſanatur, ſanantur omnes inferiores.

Ad podagræ curam, tria requiruntur, reſoluentia, mitigantia & corroborantia.

Quòd ſi iudicio polles, præcedentia quatuor particularia tibi ſufficiunt.

Summum ſanitatis hoc eſt, non ſatiari cibis, nec impigrum ad laborem.

BER-

BERNHARDVS G. PENOTVS LONDRADA A portu ſanctæ Mariæ Aquitanus, doctiſſimo viro Iohanni Aquillæ Saxoni, Ethnicorum malleo.

S. P. D.

NON ſolùm hoc noſtro ſeculo (amice Iohannes) verùm etiam priſcis temporibus inter doctos prouerbium hoc locũ habuit, Admirationis matrem ignorantiam eſſe. Quis hoc tempore non miraretur, homines omnium bonarum diſciplinarum prorſus imperitos, viris doctiſſimis tum Latinæ, tum Græcæ linguæ peritiſſimis anteferri? & à Regibus, & à principibus excipi, doníſque ampliſſimis donari? viros autem ornatiſſimos omniúmque linguarũ peritiſſimos reijci, & contemni? Tu qui iudicio eruditionéque polles, omne donum perfectum deſcendens à Patre luminum eſſe reſpondebis. Hos itaque nouiſſimis his temporibus idiotas, & empyricos excitat Deus, vt quilibet medicus ipſa medicamenta manu ſua propria rectè paret, & parata acri iudicio proprijs morbis applicet, vt

Semen morbi radicitus euellatur, & non imperito coquo committat. Hinc theoricam & practicam, & rationem & opus oportet concurrere. Nam iudicium ſine practica eſt ſterile. Pars illorum maxima reſpondebit veſtras operationes, præparationéſque ignoramus quæ durum laborem habent. Nos iam ſenes, & doctores tyrones & diſcipuli fieri nolumus. Reſponſio hæc ſi locum haberet, Iudæus, Papa, Turca quoque ſuas ſuperſtitiones mutare nollēt, quas tamen à ſacris literis eſſe alienas non ignoramus. Nos verò ſatis indies probamus calcinādo, ſublimando, ſoluendo, putrefaciendo, diſtillando, congelādo & fixando per hāc artem alchimiæ laudatiſſimam, purū ab impuro, corruptibile ab incorruptibili diſcerni, viroſum ac lethale in ſalubre, & ſyncerū mutari poſſe. Et (vt ait Paracelſus) circa hāc artē debemus primo aduertere à Deo omnia creata eſſe. Nā ex nihilo aliquid creauit. Illud aliquid eſt ſemē omniū, illud ſemen, finē imponit rei ad quam deſtinatū eſt: omnia tamē ita creata ſunt, vt ad noſtras manus perueniant, & in noſtra poteſtate eſſe incipiant: ita tamen vt non perfecta ſed perficiēda, non vt abſoluta, ſed abſoluēda. Prima in illis materia perfecta eſt quidē, media autem & vltima perficienda reſtant. Exemplū, ferrum Deus creauit, terram, argillā, non qualia eſſe debent, nā argilla creſcit, non tamē vt olla, & alia

vaſa

vasa fictilia. Sic ferrum in rudi materia iacens creauit rudéque nobis tradidit, ideo elaborãdum est, vt ex eo calceos equis paremus, falces, lanceas faciamus. Sic quoq; medicina sese habet: est enim & illa adeò creata. Sed non postea vt planè absoluta sit, sed sub terra adhuc occultata, non ab impuriore materia purgata, & quod restat in ea perficiendum, vulcano, id est medico committitur purgandum. Herbas, arbores, gemmas, ferrum, & omne id quod oculis cernitur, medicina recta non est, sed est rudis & immunda, in qua adhuc pars impurior occultatur. Alkimia ergo, medicinam purgare, dissoluere, & heterogenea ab homogeneis separare docet. Aliter putrida putridis, corruptibilia corruptibilibus miscentur, & in vnũ conspirant effectum. Ita vt ex vno morbo plures oriantur. In summa, quilibet id non amat cuius cognitionem non habet. Sed etiã fugit, contemnit, nec discendum putat. Corpus solum modo externum curat, ménsque suum Deum colit. Quanto autem scientia ac cognitio alicuius rei plus crescit, eò magis amor eius augetur. Omnia enim in cognitione iusta, sita sunt omnia, ex ea manant omnésque boni fructus ad cognitionem redeunt: cognitio quoque fidem dat. Qui Deum cognouit fidere ei statim incipit. Nam qualis cuiusque fides est talis etiam cognitio: & ecõtra qui aliter operatur circa naturam, facit

quemadmodum pictor imaginem pingẽs in qua vita, & vis nulla ineſt. Quare Empyrici (quos ita vocatis) exurgent vobis expectãtibus ægritudines morborum, curas vobis impoſſibiles, & arripient, & ſanabunt. Et vos vnà cum veſtris conſultationibus ratiocinationibúſque ludibrio, & riſui trademini, ſicut nuper B. in Germania accidit de quadam nobili celebríque muliere, quæ matricis dolore cruciabatur, quidam calculum, & lapidem eſſe dicebat: ſed præteriens Empyricus calculum, & lapidem non eſſe contendebat. Quamobrem pro matrice remedium parare iuſſit: quo facto, ſtatim liberata eſt. O qualis rumor ab illo exortus eſt, alios ad rumores concitans! (dicens) maritus eius nos ita contemnit, qui Empyricum hominẽ potius quàm nos conſulit? Alÿ illo ſapientiores parui eum fecerunt, qui illum Empyricum, hominis imperitiſſimi opera ſingulis horis vti ſciebant: Vide (mi Aquilla) quãta inuidia ducti hoſtes, veritatem opprimere conantur: tandem velint nolint fateri cogentur quod negari non poteſt. Mihi obÿcere poſſes, Qui totum dicit, nihil excludit. Quoniam plurimi ſunt egregÿ laureati, viri magiſtri & medicinæ profeſſores, qui hanc artem minimè abnegant. In quorum numero ſunt ampliſsimi domini doctores viri præſtãtiſsimi, Petrus Seuerinus Danus, qui mira de ſpagyrica hac arte ſcripſit. Egregius

piuſque

piusque vir Michael Neander Humanus, professor: Theodorus Zuinguerus Basiliensis, in hac arte ve[r]satissimus. Necnon Theodorus Birckmānus Coloniensis medicus, qui opere & ore quotidie maximo his in rebus iudicio pollet, silentio numquam relinquam. Inuoluetur nobilis ille Gallus vtriusque medicinæ eruditissimus D. D. Rochefort, & Liebaud Lutetiæ medicus, nónne eius opera exstant? Illis ergo tantum dictum sit qui hanc artem laudatissimam, cane peius, & angue odio prosequūtur. Interea intui gratiam hæc abdita tria particularia in publicum edēda censui, quæ & qualia sint, res ipsa indicabit breui tempore, Deo volente maiora daturus. Vale Geneuæ, Augusti 15. anno 1581.

TRIVM PARTICVLArium tractatus sequitur. primum verò erit, de auri sulphuris & aliorum metallorum, tum lapidum & corallorum extractione.

℞. Auri repurgatissimi laminati vnc. j. lapidis pumicis vnc. iiij. stractifica, & reuerberetur lignis siccis diebus quinque, sine refrigerari: pulueres accipe, in vas vitreum repone: auri laminas iterum liquefac, quas laminabis, & vt prius fecisti, stractifica: tandiu donec aurum suum flauum colorem amiserit, pulueres omnes collige, quos supra acetum optimè destillatum infunde: clauso vase vitreo, & sic relinque donec acetum flauo colore tinctum fuerit, & extrahe, aliud recens acetum impone, hoc tandiu faciendum est, ne amplius coloretur colore auri. Tunc acetum euapora, & puluis tibi in imo vasis inpalpabilis relinquetur. Si sapis, vbi finisti incipe. Sic de cæteris metallis censendum est: non tandiu verò reuerberanda veniunt. Ex luna cæruleum, ex marte rubicundum, ex venere ob-

re obſcurum habebis colorem. Ex corallo tinctura eximitur rubea, quæ omnia ſpiritu vini corrigenda ſunt, & multis cohobationibus iteranda breuior nec vtilior modus dari poteſt. Martis bracteæ ſemel valent, poſt primam cimentationem amplius haud ſeruiunt. Eius tinctura rectè parata loco auri habetur. Si ex optimo calidè eliciatur, fixat mercurium Saturni.

SECVNDVM PARTICVLAre eſt Marcaſite plumbeæ preparatio mirabilis, Aquamvel alium liquorē in ſuum rubrum colorem tingens.

℞. Salis cōmunis præparati, Vitrioli Romani añ. lib. vj. Hæc imponantur igni calcinationis horis decē, deinde eximantur, & pulueriſentur. Iterū vaſi fictili haud vitreato imponatur. Hócq. flammis horis quindecim ſolummodo agitetur, primò ſenſim, deinde acrius.

Tūc extillabit oleū & ſpiritus ſimul, ſpiritū recipies, & rectifica cū oleo in pellicano, rectificatóq. adde Marcaſitā plumbæā pulveriſatam & hoc in cucurbita bene lutata, quam repones, & collocabis eam cum cineribus in fornace, cui adhibe lichnium

ardentem menſis ſpatio. Et Marcaſitá in rubicundiſſimam materiam ſoluetur: poſt modum ſumas aquam ſimplicem fontanam,quam vitro recipiẽti infundas,&diſtillare permittas,donec ſumma rubedo exeat in ſubiectam aquam, eandémque pone bene concluſam in cellam, & flos ille Marcaſitæ in rubicundiſſimum criſtallum conuertetur: huius recipe in tuis operationibus: leproſũ ſanguinẽ purificat in pleuriſi, peſte,cõtractura, pulmone & hepate: prodeſt doſis vnius ciceris magnitudine,quoniam illico ſoluitur.

TERTIVM PARTICVLAre,& totius operis ſumma hæc eſt:

Accipe album albius albo, quantum voles, Aquæ ſoluentis ſextuplum,in balneo ſic maneat diebus tribus, exime,filtra, & excicca:iterum ſolue, & hoc ter repete,exciccatóque per ſe ſoluatur:huius ſoluti tres partes accipe, olei permanentis, & inconbuſtibili partem vnam,aeris partes quatuor claude vas, & in eodem calore foue, intra paucos dies vniuerſalem ad omnes morbos pellendos habebis medicinam. His lætare,& in Ieſu Chriſti laudẽ fruere, & vale.

Practica

GENEROSO VIRO SVMMOQVE PHILOSOPHO IOANNI BARONI A KITLITZ.

CVM in animum inducerem hoc ſcriptum in vulgus edere, diu multúmque dubitaui, cuius patrocinio mihi vtendum foret, vt illi gratiam & authoritatem aliquam conciliarem. Multi enim omnia quæ in hoc genere ſcribuntur, nugas & Chimeras putant, niſi boni & grauis alicuius viri teſtimonio muniantur. Tu verò vnus inſtar omnium mihi in mentem veniſti, cuius grauitas, doctrina, pietas & ea (qua omnibus quos in hac philoſophiæ parte exercitatos noui) antecellis experientia, nota ſunt. Tibi igitur hoc munuſculum nouum, ſuo tamen ſale conditum, dedico, vt aliquod grati erga te animi indicium à me habeas: vnum vereor, ne mihi ſuccenſeas, quòd ſacra noſtræ artis myſteria vulgo promiſcuéque pandere videar. Sed cùm omnia ita ab authore ſcripta eſſe cogitabis, vt prophanos latere poſſint, tibíque ſoli aut alijs qui ad Parnaſſi ſummum verticem

pertigerunt, pateant: boni consules quicquid hîc à me factum erit: si quid post hac te dignum nactus fuero, id tibi, & alijs omnibus tui similibus doctis & candidis lubens impertiar. Vale Tornaci prope lacum Lemanum kal. Febr. anno Domini 1582.

Tibi addictiss.

B. A PORTU AQVITANVS.

PRA-

PRACTICA OPERIS MAGNI, PHILIPPI A ROVILLASCO PEDEMONTANVS.

IN PRIORE meo de chemia libro ſatis fuſè declaraui quid ſit lapis philoſophorum, quæ ſit materia ex qua componitur, quæ ſit eius natura & qualitates, ex qua ſubſtantia elici debeat & obiter ignorantium falſas opiniones euertere non pretermiſi, qui eam in rebus alienis quærũt, atque etiam impoſtorum, qui mercurium vulg. herbis & ſalibus congelare nituntur, tum etiam eorum qui fruſtra lunam abſque ſolutione figere nituntur: poſtremo eorũ qui augmẽta ſolis & lunæ iactãt. Qui omnes cùm quid ſub his nominibus chelidonia lunaria vino, aqua vitæ, tartaro, ouis, capillis, ſanguine humano, vrina, ſtercore, mercurio, ſulph. arſenico, veri occultauerũt philoſophi, intelligere nequeant, ea nudè & ad verbũ interpretantur prout ſonãt: nec magis capiunt quid ſibi hæc verba velint,

congelare,figere,multiplicare, sibíque persuadent nihil aliud esse quàm fluxibilitatem, & humiditatem superfluam adimere, pondus augere,colore manente.Quę cùm à me satis reprehensa sint, ad ea reuertar ex quibus lapis noster cõficitur, quem sapientes ex vna sola re confici asserunt,nec mentiuntur: quoniam duo illa quę ipsi naturam imitantes,ad illius cõfectionẽ sumũt,ex sulphure & mercurio composita sunt, tamen duę res,quoniã diuersis formis prædita sunt propter differentes earum qualitates accidentarias. Altera enim interius calida & sicca agens est & masculina, dátque materiæ formam, & idcirco eam animam, sulphur & fermentum appellarunt: nec opus est nisi tantillo eius ad opus adimplendum. Altera contrà interius frigida est & humida, patiens & fœminea,fermentum suum appetens, vt ipsi iungatur,& vniatur ad perfectionem. Hæc ab omnibus philosophis lapidis materia appellatur, nec aliud quàm ipsam hac voce innuunt, quoniam absque hac prior illa debitè solui non potest, nec vis eius occulta patefieri, nec potentia in actũ educi, idcirco materia lapidis dicitur, quoniam quadruplo plus de ea habet lapis quàm de priore, nec minus sapientes mer-

curium

curium suum vocant, quem magna industria ex ea sola re eliciunt in qua illum natura occultauit. Superest vt vobis omnem methodum explicem qua vsus sum in hoc admirãdo opere perficiẽdo. Primùm quòd agẽdum est ad mercurium philosophorum ex ea materia in qua eliciendũ est vt illa cohobetur. ℞.igitur in nomine D.lib.j.P.Puri sinceri, quod nunquã in vsu fuerit, illúdq. ab rade quam tenuissimè poteris, & calefac in cinerib. calidis in fictili. Rursus in alio vase calefacito libr.4.loturæ de G. Qui aures habet ad audiendum, intelligat ne erret, & in illud G. iniice P. totúmq. super cineres calidos tẽne per 24. horas, quibus elapsis funde totum in alambicum vitreum, eique galeam & receptorium apta, totúmque G. edistilla, quod ex pondere deprehendes ex 4.n.lib.G.2.tantùm vncias amittes. Tunc sine ignem extingui, & frigescere materiã in cinerib. post illam ex alambico exime, eritque cinerea, tere in marmore tenuissimè, vasique fictili luto obducto, impone in reuerberio, ibique per 24. horas igne blando vrgebis, ne liquetur illis elapsis ignem emori finito, vásque in furno frigescere. Hoc peracto tere materiã in marmore, & repete eandem cohobationẽ minimum quater &

quo ſæpius repetes, eò facilius in mercuriũ reducetur. Ita vt ſi eam vigeſies ita cohobes, deinde tritam in humido & frigido colloces, ſponte in mercurium diffluet. Hanc cohobationẽ. P. mẽti fige eodẽ enim modo cohobare oportet: ℞. & X. ad albũ & ad rubrũ, antequã matrimonio iungãtur ei mercurio quem te ſequenti cap. docebo. Nihil eſt calcinatio niſi fiat REDVCTIO P. IN MERCVRIVM, ſine qua operi noſtro inutile eſt Itaq. P. calcẽ ſuper cineres calidos, imbue optimo oleo tartari philoſophico paulatímque imbibendo fac vt aſſumat de eo quadruplum ſui ponderis: poſtea illud bene tritum in marmore impone phialæ vitræ, & in loco humido colloca ad 6. dies, aut donec videas P. in mercurium redactum agitando & concutiendo quater aut ſexies in die materiã, tandémque inuenies quatuor vncias mercurij P. ex ſingulis libris P. tunc habebis verũ mercuriũ & verã materiã lapidis philoſophorũ extractã iuxta eorum intentionẽ, quã cũ fermẽto ſuo ita tractabis vt ſequitur: MERCVRIVM NOSTRVM FERMENTO SVO MARITARE OPVS EST, &c. Sciendum autẽ eſt ex ℞. tãtum & X. elici poſſe ad album & rubeum pro decoctionis gradu in quo illum ſumes. Sed an-

te connubium ita præparanda sunt. Purgentur primum singula regio suo examine, vt quicquid inest peregrini secernatur, deinde calcina quemadmodum P. calcinasti, calcinationémque quater minimum repete, tunc habebis calcem philosophorum iuxta eorum intentionẽ paratã: quoniã verò X. idoneum est fermentum, tam ad album quàm ad rubeum, debéntque X. & R. eodẽ modo decoqui & gubernari: de X. tantum agam, quòd si opus tuum ex R. ad album facere velis, sequere viam X. itaque candefac crusibulum in igne & in illud tenaculis sublatum impone vnciã vnã calcis X. factæ vt dictũ est, quúmque videris eam à crusibulo incaluisse, iniice quatuor vncias mercurij P. corio traiecti, & tandiu agita & concute dũ bene amalgametur mercurius vsque totã illam calcem soluerit, post iniice omnia catino, aquã limpidã continenti, & toties ablue, dum nulla supersit impuritas. i. aqua limpida exeat absque vllo nigrore, deinde sicca illud & amalgama spongia munda, tenui & calida, aut linteo albo, donec aqua omnino careat, túncque peractũ est coniugiũ maris & fœminæ cuius põdus nõ debet excedere vnc. 5. 4. sc. mercurii P. & 1. calcis X. sed quoniã dũ illud amalgama

& coniugium fit, de mercurio aliquid in fumum euolat: impone vltra quatuor vn. si verò post matrimonium materiæ pondus quinque vn. excedat, quod abundauit corio traiice & adime, reliquas verò vn. quinque præcisè serua. Si enim ad vnciam vnam calcis fermenti plures essent vnciis quatuor, mercurii solutio physica citius fieret, sed coagulatio tardior esset: seruabis igitur proportionem illam, vt opus tempore à philosophis præfinito expleas. Hic te obiter monebo, philosophos plerosq. non tantùm insudare in præparatione calcis R. antequā amalgamēt ea, & mercurio philosophico iungant, tantū enim ea purgātregio examine, & limata amalgamant & mercurio philosophico maritāt, vt dixi. Nō nego quin hæc via tutior sit, sed adeò sera est quæ à mercurio fit dissolutio, opúsque adeò retardatur, vt præ labore & desperatione artifex plerunque opus imperfectum relinquere in animum inducat: huius rei causa est quod limatura cruda est, rudis & densa: calx verò tenuis calefacta & alterata quare mercurium suum facilius imbibit, & citius frangitur densa ipsius compago: si igitur illud cohobatū vt dictum est, cum mercurio P. maritaueris, citius finem tuum

con-

consequeris . Sequere igitur hanc viam, túncque vnciam illam calcis X. cum quatuor vnciis mercurii P. maritaueris : serua diligenter mixtum in vase vitreo mundo, vt id coquas quemadmodum te docebo, postquam tibi aperuero *Arcanũ multiplicationis quãtitatis mercurij philosophici*, & quinam mercurius requiratur ad multiplicationem illam , & quomodo animetur Licet enim philosophi multa de illa quantitatis multiplicatione disseruerint, nemo tamen eorum secretum reuelare voluit,nec docere ex quo aut quo modo fieri debeat , ego verò alieni boni minimè inuidens , immò potius artis filios iuuare cupiens,aperiam nunc & proferam ex quo fiat, & sub finem modum agendi docebo. Primùm omnis multiplicatio quantitatis fieri debet per mercurium intrinsecus calidissimum & coctissimum,quíque omnis frigoris sit expers , quales natura duos in rebus à se productis occultauit,alterum ad album qui ope F. ex R. alterũ verò ad rubrum qui ab X. elici debet,caue dũ multiplicare vis, ne lapidem rubeum mercurio ex R.multiplices,nec albũ mercurium X.omnia enim corrumperes: sapientes parcè de multiplicatione loquuti sunt, ne mercurios ex qui-

bus ſit detegerent,ac ſi quando de iis egerunt,velamentis quibuſdam eos obuoluerunt & obumbrarunt, aquam albam & aquam rubeam appellantes, iuſſerúntque aquam albam cum lapide albo congelare: rubeā verò cum rubeo ad quantitatē multiplicandam,monentes nos,ſi alterum alterius loco ſumpſerimus, totum opus corruptum iri. Interim tamen, quicquid ipſi tenebrarum offuderint ſuis enigmatis & figuratis locutionibus, ingenioſi homines eorum ſcripta legentes ac diligenter expendentes, deprehenderunt multiplicationem fieri debere cum prædictis mercuriis X. & R. ídque his nominibus aqua alba & aqua rubra innui. Sed eſt in rerum natura alius mercurius vilis pretii qui cæteris illis æquipollet, valétque tū ad album tū ad rubeum prout pręparatus fuerit,quem ſilentio omnino prætericrunt,nec de eovllum verbum fecerunt,ſed illum in ſcrinio pectoris retinuerunt tanquam pretioſiſſimum theſaurum vſque ad obitum ſuum,quo inſtante arcani ſui hæredi illud aperuerunt, & ita mihi reuelatum fuit vnà cum cæteris arcanis lapidis, de quibus ſuperius egi, ſacræ cabalæ inſtar, ab eo qui me diuinæ huius ſcientiæ ſacris initiauit. Quæ reuera diuina

eſt,

est, à Deo prouenit ne quis se putet eam curiosa indagine aut multa lectione, vel profunda meditatione scriptorum philosophorum adipisci posse. Nisi enim ab amico qui eam norit doceatur, acquiri nequit. Ego verò non ita faciam, sed vobis iamiam omnia communicabo quæ mihi nota sunt, ad hanc artem pertinentia. Obtestor autem per Deum optimum maximum, eos omnes in quorum manus hic libellus incidet, vt illum pupillæ oculi instar charum habeant seruéntque, síntque illius tenaciores quàm ego fuerim. Si enim opus hoc incredibile & incognitum vulgo innotesceret, celebre illud nomen quo gaudet arcani naturæ amitteret. Nihilominus præter fidem iureiurando datam amico illi qui me hæc docuit conscientiæ meæ habenas laxabo, vt vobis afferam mercurium illum ex quo multiplicatio alba & rubra fieri potest eam esse quam philosophi ex P. eliciũt, quemadmodum dixi illum scilicet præparando, animando, & frigiditatem ipsius internam calefaciendo, ea coctione quam infrà docebimus. Sed antequam ipsum coquas, animandus est vt sequitur. Scias tamen me modum tantùm explicaturum

quo ad rubrum præparatur, quem si sequaris, nõ potes errare in operatione ad album si cum calce R. amalagmaueris. Est calcis X. tãtum vsus ad rubrum. Sic igitur facies,

℞. libras duas mercurij P. ac octo vitris impone singulis vncias quatuor, & singulos anima cum scrupulo vno & semis, calcis X. ac postquam ablueris, & spõgia exsiccaris, toties corio traiice, vt calx ita dissoluatur & attenuetur, vt tota facilè vnà transeat, tunc habebis mercurium P. cũ aqua rubra philosophorum, idoneum ad multiplicationem quantitatis rubei operis, aut albi si fermentum mutaueris. His peractis serua materias sic mixtas in octo illis vasis ad vsus scilicet, donec coquas, vt te docebo. Redibimus igitur ad sermonem *De vasis in quibus ponenda est præcipua lapidis materia ad coquendum, & mercurius animatus ad multiplicationem*, à quo digressi eramus, vt modum doceremus animandi mercurij P. ad multiplicationem quantitatis. Quum igitur præcipuam illam materiam ex quatuor vnciis mercurij P. & vnciam j. calcis X. composueris, & amalgamãdo philosophicè simul maritaueris, impones illam matrici vitreæ firmissimæ, putà ex vitro & silice confectæ, ita vt

per

per annum integrum ignē tolerare poſſit, cuius vaſis fundum ſphæricum eſſe debet collum palmi longitudine & latum, vt materia calefacta facilè aſcendere poſſit, & refrigerium inuenire, cuius globi amplitudo tanta ſit, vt quinque vncias illius materiæ eius tertiam tantùm partē occupent, quam luto munies: ſi enim maiorem partem occuparet, poſtquam ſoluta erit, augebitur, & locus ei nimis anguſtus eſſet, & dum incaleſcet & inflabitur niſi ſpatium inueniat in quo ſe voluere poſſit, & in corpus reducere, vas diſrumperet. Quòd autem dixi vitrum eouſque luto munitum eſſe oportere, quò materiæ ſuperficies pertingit, eò ſpectat, vt lutum illud vitri fundū ab ignis vehementia tueatur, nec opus eſſe duas partes ſuperiores vaſis luto obduci, vt poſſis materię colores cernere, quos agnoſces & diſcernes ſi ignē moderatè rexeris iuxta philoſophorū intentionem, iudicabiſque num via quam ſequeris opus ad perfectionem deducat, an verò ad corruptionem & interitum. Obturabis etiam os matricis ſigillo hermetico, ne exhalare poſſit, ac inſuper luto ſapientū munies, ne quid ingredi aut egredi poſſit. Etenim ſi flos materiæ incaleſcens, ſeſéque attollens egrederetur, & euolaret, totum

opus periret. Vbi igitur omnia ita adornaris, seruabis donec furno suo qualem inferius describam, decoquendam imponas. Quemadmodum autem præcipuam tuam materiam vitro inclusisti, ita etiam in octo illis de quibus suprà mentionem fecimus, vitreis matricibus octies, quatuor vncias mercurii P. animati ad multiplicationem concludere debes. Erunt autem vitra hæc paulò minora eo quòd præcipuam materiam continebit, collo etiam paulò breuiori, nec enim collum eorum furnum transcendet, quemadmodum illius collum, his ita aptatis sigillis & luto munitis, seruabis omnia donec ea coctum ponere velis. Est autem FVRNVS PHILOSOPHORVM IN QVO LAPIDEM PHILOSOPHORVM COQVERE oportet, qui propriè dicitur Athanor .i. digestionis, nõ qualem sibi fingunt ignari, vocem hanc Athanor furno cuidam accommodantes, quem ex duabus aut tribus turribus construunt, in quarum vna collocata est materia, in alias verò ingreditur calor gradatim pro eorum arbitrio, qui tamen furnus vtilis est eorúmque sophisticis particularibus coquendis aptus: lapidi verò nostro coquẽdo inutilis est. Ad id autem furnum tibi construes ex argilla

figuli-

figulina stercore equino & pilis, ad maiorem firmitatem mixta, cuius altitudo minimum cubitalis sit crassities 3. aut 4. digitorũ diameter palmi vnius in medio cuius erit lamina ferrea huius formæ cuius latitudo paulò minor sit latitudine furni, itaque 4. digitos habebit quibus furni parietibus infixa retinebitur, eritque crebris foraminibus peruia, vt calor ignis suppositi facilius trãsmeare possit, & materiam contingere: in imo furni portula erit ad aquã imponẽdam quæ ad amussim liminibus suis aptetur, vt facilè aperiatur & claudatur cum primùm ignis intus accensus fuerit, eregione materiæ erit fenestella rhomboides vitro munita, vt per illam colores quos acquiret materia cernãtur, atque ex illis iudiciũ fieri possit nũ via cui insistis recta sit & quãdo opus erit, ignis gradus augere: claudetur etiã hæc fenestella supra vitrum fictili portula quam aperies cùm materiã videre voles. Furni aũt tectum erit fornix vnica, superficie cõtinua cõstans, ex eadem qua furnus materia eiusdémq. crassitiei palmũ alta aut caua, ansata, vt cùm eam auferre voles, prehendere possis, eáque furnus aptè claudatur, ne calor exire possit nisi per foramen quod in summitate tecti erit, qua collum vitri præcipuam materiam continentis prominebit

ac in circuitu sunt quatuor foramina quà pennæ calamui inseri queat vt illac ignis aerem haurire possit, alioqui extingueretur. Huiusmodi igitur furno exsiccato materiam impones, vt sequitur, *Situs materiæ in furno hic esto.* Habeas paropsidē fictilem, rotundam & validam, vt per annum integrum ignem ferre possit, imple illam cinere compresso,& in eius medio colloca matricem illam quæ præcipuam materiā continet,ita vt cineris superficies materiæ superficiem æquet: síntque in eodem plano, postea cineres vehementer comprime, vt calorem melius contineant & hinc inde circum vas illud in cinere reliqua octovasa colloca,nec opus est ea in cineribus sepelire,sed tantùm in superficie stent. Hoc peracto superpone tabulæ ferreæ perforatæ tripodem ferreum tres digito altum, duas habētem diametros sese ad angulos rectos secantes quibus paropsidis fundum conseruetur, ne diuturna ignis actione & materiis grauitate labefactetur illi tripodi impone paropsidem instructam vitra continentem furnúmque tecto suo tege, ita vt præcipui vasis collum per foramien quod in summo est promineat iuncturis diligenter clausis excepta portula inferiori suppo-

ne

ne ignem, quē te nunc docebo. Teſtor autē Deum omnipotentē me tibi velle aperire, QVIS SIT IGNIS PHILOSOPHORVM, coquendo lapidi aptus, quē nunquā ſcriptis tradiderunt, nec vnquam patefecerunt niſi morte inſtante, ídque ſecretò ſeruis ſuis in aurē ſuſurrantes tanquam cabalā. Fuit autē illis adeò charus, quoniam nihil eſt materiā noſſe eiúſque præparationē, niſi quis ignis cognitionem habeat ad materiam coquendam: abſque eo enim & eius notitia ad operis perfectionem nemo vnquam perueniet. Nonnulli, doctorum operariorum miſerti, doctrinæ ſuæ ſupra alios prodigi, ignē illum ſuis qualitatibus deſcripſerunt, ac ab aliis ignibus inutilibus eos auertentes, eum indicarunt, aſſerentes ignem philoſophicū neque fimum equinum eſſe, neque vinaciæ ſuccum, nec balneum mariæ, nec accenſos carbones iuniperinos, quernos aut ex alio quouis ligno, ſed ignem eſſe humiditatem habentem & ſiccitatem continuam, & permanētem in ſuo gradu clarum, purum, aereum, æthereum, aſtralem, qui pro artificis arbitrio intendi & minui poteſt, quæ omnes qualitates noſtro igni lāpadis cōueniūt. Vidi qui putarent ſe materias ſuas in balneo ſicco, adeò tēperato continere, vt ibi

nullos excludere potuiſſent, nihil tamen eos iuuit licet temperamentum quo vtebantur neceſſarium eſſet, & in hoc latet ignis noſtri arcanum, poſtquam innotuit vnde fiat. Si enim ita ignem acceleres vt ſolutio materiæ debitum tempus anteuertat, peribit opus. Nimius enim ignis priuat opus ſuis motibus & operationibus. Contrà verò ſi illum aliquantum remoreris propter ignis debilitatem, opus quidem perfectius inde euadet, nihilominus ſi nimium fractus fuerit, operis perfectionem impediet. Quemadmodum enim ignis nimius deſtruit & comburit compoſitum, ita etiam frigus ſpiritus ſopit & extinguit. At verò ignis temperatus & blandus nutrit & conſeruat compoſitum ſuum. TEMPVS DISSOLVTIONIS eſt quadraginta dierũ minimũ: quinquaginta verò ad ſummum. Si enim ſolutio ante quadrageſimũ diem fiat, opus ad perfectionem nequaquam perueniet. Si verò prætereant 50. dies antequam fiat, indicium eſt ignem nimis eſſe lenem qui materiam putrefacere nõ poſſit, & conſequenter fermentum cum mercurio debitè ſcilicet per minimas & inſeparabiles partes incorporare nequeat. Vires igitur ignis ita diſpones, vt ſolutio decenti tempo-

re

re fiat. Quod accidet si GRADVS IGNIS ET MATERIAE REGIMEN ita adhibueris, vt sequitur. Materia, vti dictum est, in furno collocata suppone lampadécum vno lichno tantùm tenui, claude ostiolum, ne quid aeris ingrediatur, nisi per quatuor foramina tecti aut fornicis quà furnus tegitur & continuato gradum hunc ignis quadraginta diebus donec solutio facta sit, quod ex nigredine tibi notum fiet quam philosophi caput corui vocant, vt per vitream fenestellam videre poteris. Si verò videris materiā rubore infectam, ac in eius superficie humorem rufum, oleosum supernatantem, indicium est te in vanum laborare: oportet enim materiam nigram esse quod post quadragesimum diem videbis si bene egeris & per alios 40. dies durabit illa nigredo quó tempore priorem ignis gradum non intendes, sed perges eodem gradu, donec materia albescat. Manente primo gradu ignis materia putrescit & dissoluitur, quod philosophi in 2. capita diuidunt cùm aiunt, ponite materiam vestram in putrefactione, deinde eam dissoluite, idque faciunt vt artem obscuriorem reddant & scientiam occultent, ambo enim vno eodémque tempore fiunt vnico igne & vase, quoniam mate-

ſiccans, colorum parentem omnes intermedios inter album & rubeum colores profert, tandémque exſiccata omni humiditate igne carbonum in rubrum deſinunt. Vt igitur id aſſequaris, exactis nouem menſibus igne lãpadis materia tua adeò albeſcet vt candidior eſſe non poſſit propter tria lichna quæ à ſexto menſe ad nonum adhibuiſti, intra quos tres menſes ſpirituum cõpletur fixio materiæque tum maſculæ tum fœmineæ per minimas ſuas partes mixtæ, tum in putrefactione, diſſolutione, & conſolidatione, tum in deſiccatione, adeò firmiter conſolidabuntur, & conſtringentur ſimul vt fixæ & inſeparabiles fiant, euadéntque in corpus multo præſtantius eo ex quo compoſitæ fuerant. Poſtea adhibe quartum gradum ignis carbonũ, & per tres menſes continua, dúmque materia exſiccabitur, viridis fiet, cærulea, iridis inſtar varia, citrina, poſtremo rubra, quod ſignum eſt priuationis humiditatis. Tunc materia tantam alterationem patietur, vt propemodũ mortua ſit: ſed Deus illi reddet animam quæ in ipſius humore radicali occulta latet fixa, incombuſtibilis, & permanens in igne, quantumuis violento poſt integram ſuam coctionem per gradus præſcriptos. Ante e-

nim igne nimio aduri poſſet, quòd ſi acciderct, de opere actum eſſet, ſed ſi paulatim his ignibus illam aſſuefacias gradatim, & ita continues vſque ad finem nouem menſium, adeò fixa erit vt omne iudicium ignis ferre poſſit pro lunari gradu quod tamen nobis non ſatisfacit. Non enim vltimum fixionis gradum aſſequuta erit, neque perfectiſſima reddita, quod vt fiat addendus erit ignis quarti gradus carbonum, ſcilicet ex lignis ſiccis, & continuandus tribus menſibus per tres gradus ſeruato ſingulis menſibus vno gradu, primo quidem menſe ſatis vehemens, ſecundo vehementior, tertio vehementiſſimus, & ſic anno exacto habebis materiam fixam, immortalem, inuiolabilem, nulli probationi cedentem carbunculi inſtar rubentem. Experieris in lamina ænea candenti vtrum fixa ſit nécne: ſi enim dum ſuper lamina illa liquabitur fumum edat, indicium eſt illam nondum ſatis coctam eſſe. Itaque igni rurſus imponenda eſt donec liquata ſuper lamina candenti fluat ſine fumo, tunc habebis lapidem philoſophorum ad rubrum paratum multiplicationi in quantitate & virtute & ad proiiciendum in lunam tantum. Quòd ſi ignis vltimi gradus vehementia illam adeò alteraſſet

cis ex quibus si aurũ antequam perfectum sit eruas, numquam perfici potest, etiamsi ibidem sepelias vnde ipsum erueris, idem etiam in fœtu vsu venit qui si ex vtero materno eximeretur ac rursus intruderetur, viuere non posset. Nec magis membrum animalis aliquod refectum alimentum trahere posset, etiamsi suo loco rursus assueretur. Hinc igitur nota cùm inclamant philosophi, abluete, purgate, dealbate latonem vestrum, nihil aliud volunt nisi vt continuetur ignis gradus donec materia alba maneat. Iã primus gradus ignis 3. integros mẽses durare debet, scil. sesquialterũ antequã nigra sit materia, & tãtumdẽ antequã albescere incipiat, qui quidem candor sub finem tertii mensis oriri incipit. Itaque pro secundo gradu ignem dimidia ex parte augebis, & secundum lichnum appones, atque hoc gradu tribus integris mensibus opus reges. Tribus prioribus mensibus materia ita inuicem amplectetur, vt à masculo fœmina imprægnetur ad fœtum mirabilem gerendum, & ita fiet coagulatio dissolutionis, & id quod spiritus antea fuerat, corpus assumet, tribus verò sequentibus mensibus fiet consolidatio & aggregatio inseparabilis

cadet ſuper quingentas partes omnium metallorum, & ſuper centum partes mercurij non antè, propter nimiam ſuam frigiditatem quarta vice ſuper centum partes, & ita annuatim, ita vt ſucceſſu temporis pondus quoddam toties multiplicatum cadat ſuper pondus infinitum. Ingenioſus artifex ex his duo colligit arcana maxima, quæ ad lapidis vires augendas & ipſius regimen pertinent, quorum primum eſt, lapidē album deductum vt ſuprà ſpatio nouem menſium & perfectum non poſſe imperfecta in perfectam lunam cineritij probationes ſuſtinētem mutare. Ratio eſt quoniam id quod metalla retinet & ſiſtit dum probātur eſt perfecta eorum decoctio fixionis eorum cauſa. Atqui medicina rubea longè coctior & fixior alba non poteſt anno elapſo imperfecta mutare: multo igitur minus id facere poterit medicina alba, cruda adhuc & imperfecta ſi cum rubea conferatur, vt indicat eius candor humiditatis nota (omnis enim humiditas candorem aliquem præ ſe fert.) Fateor quidem, immò experiētia didici exactis nouem menſibus illam ſuper decem pondera imperfectorum cadere, præſertim ſuper Iouem, deinde ſuper venerem eáque lunæ ſimilia reddere ſi in al-

ueolum fundantur, & malleo cedentia, vt luna, ſed non poteſt ea retinere in cineritio bene compoſito. Medicina rubra poſt primum annum eandem vim habet ſcilicet vnum pondus ſuper decem imperfectorum facit vt ſol eſſe videantur poſt fuſionem & ſub malleo: ſed quum ea impoſui regiæ ſeparatoriæ, cemẽto regio aut ſtibio, euanuerunt, nihílque præter tincturam meam inueni, aut proiectionem in pluſquamperfectum reductam quęque aurifabrorũ omnia keratia tranſcenderet, ita vt (ſiquidẽ vigintiquatuor eorum carattis addere licet) ad 36. aſcẽderet. Hactenus abundè egimus de via qua in multiplicanda virtute rubei lapidis imperfectorum tranſmutatoria progrediendum eſt. Eodem igitur modo repete & guberna lapidem album, eritque vis eius anno ſecundo ponderis vnius ſuper 50. imperfectorum pręſertim Iouis, ad omne iudicium anno tertio ad 100. extendetur, anno quarto ad 500. & ſuper mercurium vulgi nec antea, & ita ſucceſſu temporis tantam vim aſſumet vt pondus eius quoddam ſæpius multiplicatum imperfectorum pondus infinitum proiectione tranſmutet, in veram lunam omnia iudicia ſuſtinentem, atque etiã mercurij vulgaris. Hoc primo arcano

rasset vt super lamina candenti non liquaretur, concilianda esset ei ingressio, vt sequitur: CERATIO MEDICINAE INGRESSIONE CARENTIS remedium est: si enim medicina ingressionem non habeat inutilis erit scilicet si imperfecta metalla penetrare non possit eorum mercuriosis partibus per minima misceri ad ea à suis superfluitatibus purganda, partésque puras & mundas perficiēdas, quemadmodū plurimis ignaris accidit: qui licet opus suum rectè hactenus rexerint, verámque coctioné attigerint, nō tamen quicquam inde efficere potuerunt, eo quòd fusilē reddere nesciuerint. Itaque artem maledictis & calumniis prosequuti sunt, eámque falsam esse prædicarunt. Iam verò ne in hoc periculū incidas ei hac ratione fusionem & penetrationem conciliabis. Accipe igitur materiam illam ac in marmore tere in puluerem impalpabilem irrigando & imbibendo aqua philosophica, fac amalgama cum, loturis mercurij, postea exsicca igne lampadis gradato au gendo vt videbis opus esse, ad extremum verò igne carbonum vrgebis. Rursus tere materiam ac denuo imbibe, & coque, ac repete, donec super lamina æris

cano explicato, ſupereſt ſecundum, quod hactenus à philoſophis occultatũ eſt quod ad meam notitiam peruenit, abſque quo finem & perfectionẽ multiplicationis viriũ lapidis philoſophici contingere nemo poteſt. Ac vt promiſsis meis ſatisfacere incipiam, notanda ſunt hæc phyſica axiomata. Omnia corpore prædita tribus modis comparari & adæquari poſſe: primùm quantitate corporis videlicet cùm corpora eandem habent proportionem longitudinis, latitudinis & profunditatis, licet alterum altero grauius ſit. Secũdò, põdere cùm duo corpora in libra æquilibrium faciũt, quamuis alterum altero maiorẽ locum occupet. Tertiò, harmonia & vi quod non niſi mente & ratione percipi poteſt prout diaphanes aut vnus ex ſenſibus naturalibus obiecti qualitatẽ ad phantaſiã defert, phantaſia ad intellectũ: intellectus rationi ſubiicit, ratio animæ quæ iudiciũ fert prout de qualitate rei cognoſcit quæ ad eàm delata eſt. Exẽplum huius tertiæ æqualitatis in virtute & proprietate manifeſtum eſt in plantis, quæ in eodem gradu cenſentur calidi, frigidi, ſicci & humidi, eáq. ratione eundẽ habẽt effectũ. aliud exẽplũ peti poteſt ex generatione

animaliũ quæ magna & procera ex vterò materno exeũt genita & nutrita ex maternæ ſubſtantiæ copia: paternæ verò exigua portione, quæ tamen æqualis eſt magnæ quãtitati fœmineæ quam animat eíque vitam dat formátque & diſponit. Iam quoniam circa metalla verſamur, videamus eorum compoſitionem, & præſertim ſolis quem ex pondere fermè totum mercurio cõſtare deprehẽdes mixtò exiguò ſulphure quod ex colore apparet. Illud tamen ſatis magnam vim habuit ſiſtendi, tingendi & coquendi in corpus perfectum mediante calore naturali magnam illam quãtitatem & copiam mercurii. Hæc monemus ne in multiplicatione virium lapidis erres, in qua naturam imitari oportet, eique materiam ſeruata iuſta & decenti proportione miniſtrare, ac tunc optatum fructum edet. Et vt tibi aſſurgat animus ad intelligendum hoc arcanum, recordaberis eorum quæ ad compoſitionem & coniugium fermenti & mercurij lapidis noſtri faciũt, ad quod vnciam tantum vnam fermenti, & quatuor vncias mercurii P. compoſuimus, rationémque reddidimus quamobrem nec plures, nec pauciores partes iungẽdæ eſſent. Cùm igitur voles vim multiplicare, conſiderandum

dum est super quot pondera cadat materia quam multiplicare aggrederis, & quanto plus roboris & viriũ babeat quàm primum fermentum primæ compositionis, quòd si duplo maiores vires habeat cum duplo mercurii iungenda est si decuplo cum decuplo; alioqui frustra laborares. Si verò hunc ordinem tum ad album tum ad rubeum serues repetendo ab initio & regendo opus vt tibi præscripsimus, fieri non potest quin ad optatum finem peruenias. postquam de multiplicatione virium egimus, tempus est vt ARCANVM MVLTIPLICATIONIS QVANTITATIS aperiamus, vt tractationem absoluam eorum quæ ad meam notitiã peruenerunt ab aliis philosophis occultata, ac vt ordiar, reuocabis in memoriam mercurium animatum quem in paruis phialis vitreis in circuitu præcipui vasis coctum posuisti, eo enim multiplicandus est lapis noster, amisit enim in igne omnem suam frigiditatem interiorem & leuitatem volatilem æquè fixus existens ac mercurius solis & lunæ.i. is qui cum X. fermentatus est eadẽ qualitate & natura præditus est qua solaris æquè fixus super ignẽ & æquè calidus interius. Is etiam qui cum R. animatus est nulla re differt à lunari. Hinc

pulchrum hoc corollarium à philoſophis occultatum elicies quod eorum penuria lapidis quantitas multiplicetur mercurio lunari & ſolari,ſed quãdo in hunc ſermonem incidi,nõ progrediar, niſi prius te moneam de eo quod vociferantur philoſophi,inclamantes cùm de multiplicatione agũt cùm voles lapidem album quantitate multiplicare, caue ne aquam rubram loco albæ ſumas,cùm etiam rubrum lapidem multiplicabis,aqua rubea vteris eáque multiplicabis,non autem alba,quoniam ſi ſecus feceris,omnia perdes, opúſque operatione ſua priuabis:cùm aquam albam dicunt mercurium P.cùm R .animatum, aut mercurium lunę intelligunt & quod altero eorum lapidis albi quantitatem multiplicare oporteat cùm aquam rubeam nominant,mercurium P.cum X.animatũ innuunt, aut mercurium ſolis,ac cum alterutro eorum multiplicãdam eſſe quantitatem rubri lapidis, poſtremò cauendum eſſe ne alterum pro altero ſumatur, materia enim quæ inde oriretur effectu proprio careret. Accipe igitur pro multiplicatione alba mercuriũ P. cum ℞.animatum, aut mercurium lunæ,& pro multiplicatione rubea mercurium animatum cum X. aut mercurium ſolarem.

Ac ne

..e erres, praxim rubei te docebo quæ pro albo sufficiet mutato fermento & mercurio. Accipe igitur vnciam vnam mercurii P. animati cum X. aut tantundē mercurij solis, æquipollent enim. Id per se in vase calefacito, similiter vncias quatuor lapidis fusilis & penetrantis calefacito, cúmque mercurius animatus feruere incipiet, & lapis igniri, proiice super lapidem mercurium illum, & colurno bacillo agita donec mercurius non amplius appareat. Hoc peracto calefac rursus vnciam vnam mercurii animati, & cùm feruere incipiet, proiicē super materiam aut fermentum quod amplius calefacere non iubebo, & ita bacillo agita vt mercurius nō appareat. Tertiò adhuc vnciam vnā mercurij animati calefacito, illúdque cùm feruere incipiet, fermento nō calefacto superfunde, & bacillo agita donec mercurius nō amplius appareat. Quartò & vltimò illud repetes, ac mercurii calefacti vnciam vnam in fermentum proiicē & agita. Facto igitur amalgamate ex quatuor vnciis mercurij animati aut mercurii solis cùm quatuor vnciis lapidis inerunt vtriusque partes æquales. Materiam quæ vncias octo pendet bene prius exsiccatam impone matrici vitreæ ac her-

metico, ſigillo claude biduóq.igne carbonũ leni coquito poſt biduo auctiori, ita continue illum augẽdo vſque ad duodecimũ, poſtremis diebus adhibe ignem vehementiſſimũ , duodecimo permitte vt extinguatur materia immota, quam in maſſam redactam inuenies, eadem vi qua vnciæ illæ quatuor priores pollebant, quas in infinitũ quantitate multiplicare poſſes præſcripta methodo ſeruata, ſcilicet amalgamando materiam auctam cum quarta parte ponderis ſui, mercurii animati aut mercurii ſolis, & amalgama repetendo donec tantum adſit de mercurio quantum de fermento, deinde nouem diebus coquendo igni gradato vt docuimus. Ex hoc arcano aliud elicere potes ſcilicet cùm lapidem habes ad quemcũque virtutis gradũ peruenerit cum ab initio cõficere non opus eſſe, ſique eius vnciam vnam ſerues ſatis habes pro te, immò pro vniuerſis hominibus multiplicando cum mercurio animato, aut ex corporibus perfectis, ſed in eo adhibẽda eſt cura, vt aut illum ex corporibus extrahas, aut quem ex P. extraxeris animes ne te materia deficiat. His peractis ſupereſt explicãda PROIECTIO ſuper corpora imperfecta cuius arca-

ârcana vobis reſerabo ab antiquis ſilentio prętcrita vt ignaros ab hoc opere auerterēt exiſtimantes cùm lapidem habent coctum, ceratum, fuſilem, nihil aliud ſupereſſe niſi vt ſuper corpora liquata proiiciatur abſque vlla alia induſtria. Atqui non ita eſt, ſed Axioma eſt philoſophicum, ſumendam eſſe medicinam, & proiiciēdam ſuper æquale pondus corporis ex quo facta eſt X. ſcilicet aut R. eáque includenda eſſe vitro robuſtiſſimo luto munito, vbi triduo in furno fuſionis cōtineatur adhibito per diē igne leni, ſecundo maiore, tertio maximo, tum ignem emori ſinito, & materiam frigeſcere in cineribus, deinde fac proiectionem de ea materia cuius pondus vnum eandem vim habet quàm idem pondus prædictæ medicinæ fuſilis, in quo apparet ſpecies quædā exigua multiplicationis quātitatis. Ad hæc notādum eſt cruſibulum ſugere aliquid de medicina, niſi hac ratione caueatur. Præter hæc omnia ſi proiectionem eo quo dixi modo facere prætermiſeris, in magnum errorem incides. Quum igitur parata erit, proiiciendum eſt pondus vnum rubeæ medicinæ ſuper quadraginta lunæ puræ, priore enim anno imperfecta in ſolē

mutare non posset, at secundo anno cadet pondus vnum super centum pondera imperfectorũ, debet tamẽ fieri proiectio super lunam, nã eo melius erit aurũ quò enim imperfectum perfectioni propinquius est, eò perfectius perficitur. Itaque nota proiectionem fieri debere de medicina alba super Iouem, super quem etiam proiectionem facies de rubra medicina si super lunam facere nolis, secundùm enim lunam iupiter perfectioni propinquior est cæteris, ac perfectius transmutatur, id quod experientia te docebit, atque etiã eos errare grauiter qui putant proiectionem rubri debere potius super saturnũ quàm super iouẽ fieri, illúmque soli viciniorem hoc esse, eò quòd ille grauior sit, quódque calx eius adhibito igne rubescat, & ex eo fiat minium. Atqui si tam bene proprietatem & compositionem intrinsecam perpenderent atque exteriorem, discerent causam ruboris calcis eius terream esse sulphureámque materiam tum eius sulphuri, tum mercurio mixtam, non autem proximitatem quam cum sole habet eiúsque grauedinem ab eius cruditate & indigestione prouenire, quod ex mercurio vulgi apparet, qui propter cruditatem grauis est, iupiter autem suo mercurio albo puro

puro & nitido, & propemodum fixo ostendit ipsum saturno propius ad solem accedere, cùm saturnus illis qualitatibus ab eo remotus sit. Verum quidem est sulphur accidentarium Ioui valde fœtidum esse, sed facilè à bono & à mercurio eius separari potest, nec enim bene simul mixta sunt quod ex stridore deprehendes, qui inde oritur. Quòd si non credas Iouem per proiectionem in pulchrius aurum & argentum mutari quàm vllū ex reliquis imperfectis, perfice opus hactenus descriptum, & disces ea quæ dixi vera esse. Explicato proiectionis super corpora metallica secreto, superest vt PROIECTIONEM LAPIDIS SVPER mercurium communem, tum ex metallis extractum doceamus. Antequam autem ad praxim accedamus, sciendum est à primo anno pondus vnum nostri lapidis potestatem habere figendi in solem & lunam viginti pondera mercuriorum imperfectorum corporum, anno secūdo 100. tertio 500. & ita annuatim in immensum, sed in mercurium vulgi nullas vires habet nisi anno secundo propter nimiam frigiditatem: ad hæc pondus vnum illius decem tantum pondera mercurij in solem & lunam figere potest, secundo anno 1. pondus cadit

ſuper quinquaginta,tertio ſuper centum,&
ſic in immēſum. Id quod præſtabis ſi medi-
cinā ceræ inſtar fuſilē in aqua philoſophica
ſoluas,ac per quindecim dies putrefieri ſi-
nas, aut tandiu donec ſoluta ſit in aquam
claram, poſtea per balneum phlegma ex-
trahes, tandémque igne gradato lampadis
congeles,poſt ſuper fumo bullientis aquæ
diſſoluas, & iterum congeles, ídque ter re-
petas ſcilicet ſolutionem ſuper fumo aquæ
feruentis & congelationem,deinde accipe
de corpore tantum quantum pondus,quod
ita præparaſti figere poteſt, & in cruſibulo
carbonibus ſuperpone, cúmque ſtrepere
incipiet,ſuperiniice materiam illam & ba-
cillo colurno agita, & ſtatim mercurium
in puluerem redactum videbis,quem per
horam integram ita ſines, tum per horam
aliam augebis ac per aliam adhuc vehemē-
tius,quarta verò teges ipſum magnis car-
bonibus accenſis quinta demum adhibebis
ignem vehementiſſimum vt omnia liquen-
tur, & in igne ſepelies, ac ita ignem ſponte
emori ſines,materiámq.frigeſcere in cine-
ribus,poſt addita chryſocolla liquabis habe-
biſque ſolē & lunam meliora quum ex ipſis
fodinis quibusvteris ad pauperes iuuandos,
vidua-

viduarum & orphanorum iura tuenda eósque alendos, denique ad omnia bona opera laudate mecum Deum optimum maximum qui mihi gratiam largitus est vobis hoc arcanum pandendi, illúdque experimẽto comprobandi vobísque impartiẽdi. Cuius virtus AD CORPORIS HVMANI SANITATEM maxima est. Etenim propter abundantiam temperatę suę caliditatis morbos omnes curat siue pulueris siue olei forma sumatur, quamuis olei forma præstet, per os enim sumpta facilius digeritur & cõcoquitur, ac in chylum aut sanguinẽ conuertitur: super vulnere autem vel vlcere facilius penetrat & parti succurrit quàm si pulueris consistentia applicetur. Intellige tamen medicinam esse quæ iungi & incorporari debet medicamẽtis ad morbos quib. eã adhibere volumus curãdos idoneis. sanat podagrã, febres tollit, à peste tuet', epilepsiã curat, lepram, cancrum, lupum, antiqua vlcera & vulnera inueterata, per os sumpta calculos comminuit, ventriculũ purgat, hepar refrigerat, pleuritidẽ tollit, pulmonem corruptum restaurat, iuuentutem conseruat, seniúmque remouet, auget calorem naturalem, quo aucto videtur senex ad iu-

ueniles annos redire. Eſt itaque verus fons iuuentæ ad conſeruandum hominem ad Dei cultum ſanum & iuuenem vſque ad tempus vnicuique prȩſtitutum quo naturæ debitum exoluendum eſt, cui obnoxii ſumus. Pro his ſempiternas illi gratias agimus per Christum filium eius Dominum noſtrum, Amen.

CLA-

CLAVIS OPERVM SVPRA-SCRIPTORVM.

A. Orbus philonas.
C. Amauit euden magni pane buna.
E Aqua fortis tingens.
F. Aqua mercurialis.
G. Mercurius aſſumit Riua cordeum.
H. Aqua fortis communis.
I. Aqua fortis regia.
L. Acetum ſublimatum ter.
N. Venus eſtum noelu.
O. Arſenicum.
P. Iupiter frieut lioponti.
Q. Sublimatum.
R. Lunæ Mauuinel.
S. Aqua ſublimati.
T. Saturnus eſtus nor cuſtiani.
X. Sol Almous.
Y. Vitriolum.
Γ. Lampas.
Ψ. Lichnum.

EX THEORIIS IO. ISACI HOLLANDI FRAGMENTUM.

Rerum omnium à Deo cõditarũ prima fuit aqua, cui Deus terram suam propriam imposuit, atque ex terra quicquid essentia aut vita preditum est, ortum habet. Sunt itaque duo elementa manifesta, aquã scilicet & terra, in quibus duo reliqua occulta latent, scilicet ignis in terra, & aer in aqua; atque ita colligata sunt vt separari nequeãt, duo eorũ fixa sunt videlicet terra & ignis: duo verò volatilia aqua & aer: quodlibet igitur elemẽtũ cum duobus aliis elementis symbolizat. Ad hæc cuilibet elemento insunt 2. elementa, alterũ caducũ, putrescens & combustibile: alterũ verò æternũ & incorruptibile, vt cœlum. In his insuper naturis adhuc alia latet quæ fœtidarũ fœcũ nomine appellatur, quæ reliquarũ vires tollunt & impediunt, ita vt parũ aut nihil habeant, ac reliqua elementa inde fœtida & putredini obnoxia redduntur. Sunt etiam duo aquarum genera, alterum

rum elemẽtalium, alterum verò aquarum pluuiarũ aut fluuiatiliũ,&c. Quemadmodũ & duo ſunt terrarum genera, alterum clarum,lucidum, album, elementale, alterum nigrum,fœtens & combuſtibile, ſicut & 2. ſunt ignes, alter elementalis & phyſicus, perpetuus,alter fœtidus & combuſtibilis: idem quoque de aere dicendũ. Hæc verò ignobilia ita reliquis permixta ſunt, vt ſtatim omnia corrũpãt, ita vt nihil diu durare poſſit, cùm illa mortẽ inuehãt naturámque omnem quantumuis nobilem labefactent. Hoc de omnibus rebus intellige tũ vegetabilibus, tum animalibus, tum mineralibus. Oportet igitur elementalẽ naturã à corruptibili natura arte ſecerni, vt res ad vim medicatricẽ adduci poſſit. tres ſunt ſpiritus in omnibus rebus ſubtiliſſimi,ſcilicet color, guſtus & odor:hi inuiſibiliter euolant. Philoſophi ſpiritus agreſtes eos vocarũt quod fixabiles non ſint, induſtria tamen artificis eos figere poteſt. Creſcunt autẽ ſemper in corporea ſubſtãtia, donec ad perfectionem & finẽ peruenerint.Sumenda eſt igitur herba cùm iã plenè excreuerit, & caue ne quẽ ex his tribus ſpiritibus perdas,vt ſolẽt ignari ſuis putrefactionibus & elementorum ſeparationibus. Nullus autem eorum ſpiri-

tuum

tuũ ex tribus elementis elementatibus eſt, ſed Deus, elementa his tribus ſpiritius ornauit, eſtq́ue eorum animalia ignis, aer, aqua elementales nemo, niſi Deus ea ab inuicem ſegregare poteſt, ſed ab eis ſeparari poteſt aqua nubium. Poſſunt etiam ſeparari omnes fæces quæ ipſis admixtæ ſunt quæ ſunt fœtida & corruptibilia elemẽta, atque adeò 4.elemẽta elemẽtalia ad ſplendorẽ chryſtallinum adduci, ſed hæc tria elementa,ignis,aër,terra, ſunt inſeparabilia. Scias fili mercurium eſſe primum omnium rerum. Antequam enim tempus eſſet, erat aqua,& ſpiritus Domini incumbebat ei. Quænam erat aqua illa nubiúmne aut humida quę effundi potuerit?nequaquam.Sed fuit aqua ſicca & puluerulenta, atque ei Deus terram ſuam impoſuit que ſulphur illius eſt, ita vt terra aquam congelarit, ac inde orta ſunt quatuor elementa, his duobus incluſa Dei voluntate. Itaque mercurius ſulphur congelat & ſulphur mercuriũ: nec poteſt horum alterum ſine altero eſſe, itaque nec ſine ſale eſſe poſſunt, quod eſt præcipuum medium cuius ope natura omnia vegetabilia mineralia & animalia gignit & producit. Quamobrem hæc tria mercurius, ſal, & ſulphur alia ſine aliis eſſe

non

non possunt, vbi vnum reperitur, ibi & reliqua reperiuntur. Nec quicquam est in rerum natura in quo hæc tria non reperiantur, ex iisque tribus quicquid in rerum natura est ortum habet, atque ita quatuor elementis mixta sunt, vt corpus vnum constituant, mergitúrque sal in profundo elementorũ. oportet enim vt ea sal suo acumine vnita retineat & sua siccitate. Est tamẽ spiritus & est volatilis, sed quoniam mixti profundo adhæret, vincitúrque à pinguedine & oleo adustibili in quo reperitur, quẽad modũ vitellus in oui albumine ac oleum combustibile ex terra viuit cum sale & fæcibus, éstque sal in imo sepultum fæcum olei combustibilis & terræ, ideo à terra euolare nequit, nisi magna vi ignis. Hi autem tres spiritus de quibus egimus, primum à mixtione elementorum separari dicuntur, quę omniũ rerũ est anima, aut eorũ quinta essentia quæ totã elementorũ mixtionem simul retinet, quando spiritus exierunt, tum per se soluitur & diuiditur mixtum, nec opus est igne, sal à terra expellere. Quum elementa à fæcibus separantur, tum vnà separatur sal. Est autem hoc sal ignaris incognitum. Sal igitur medium est inter partes suas crassas, terreas, & tres spiritus volatiles

quieſcentes in calore naturali, ſcilicet gu-
ſtum, humidum odorem, & colorem quæ
tria ſunt, vita, anima, aut quinta eſſentia
omniũ rerũ, neque poſſunt hi tres ſpiritus
alii ſine aliis eſſe, ſunt vnum ſicut Pater, Fi-
lius & Spiritus ſanctus tres ſunt perſonæ, &
tamen alia ſine aliis non eſt. Rident ignari,
nec agnoſcunt tres iſtos ſpiritus. Cùm ad
partes craſſas, terreas & fixas colliguntur
ac ſubtiliantur, eíſque ſal iungitur ac miſce
tur, oportet ea inuicem traducere & in cor
pus vnum chryſtallinum diaphanes rubro
colore figere, qua de re inferius erit ſermo.
Qui ſal non nouit nihil vnquam in arte præ
ſtabit: philoſophi hoc ſal aquam ſiccam vo-
carunt & ſal animatũ, ignari verò putarunt
eos mercuriũ innuere: philoſophi enim tres
ſpiritus mercurium vocarunt, terrã verò ſul
phur quòd ignaros latuit, quodlibet ex illis
ſine aliis eſſe non poteſt, nec quicquam eſt
in rerum natura, in quo hæc tria non ſint,
& ita quatuor elementis mixta, vt mixtu-
ram & corpus vnum efficiant. In his tribus
lapidibus quicquid creauit Deus ineſt, quã-
obrem poſſunt omnia arte à Deo philoſo-
phis tradita in chry ſtallinam claritatem re
duci: vltimis enim diebus Deus impuras
fæces & corruptionem omnem in elemen-
tis

tis existentem separabit, eáque in chrystallinam serenitatem adducet & carbunculi ruborem. Postea nulla amplius erit. corruptio, sed in æternum durabunt. Putásne ea omnia quæ Deus creauit in his inferioribus vltimis diebus interitura? Nequaquam, ne pilus quidem minimus eorum quæ Deus creauit non magis quàm cœlū incorruptibile, sed Deus voluntate sua omnia mutabit & chrystallina reddet, erúntque in se quatuor elemēta perfecta simplicia & fixa, erúntque omnia essentia quinta. Hæc autem etiam in hoc terrarum orbe arte demonstrari potest. Quicquid enim Deus creauit ad chrystallinam claritatem perduci potest, elemētáque simul in substantiam simplicem & fixam colligi, quo facto nemo ea alterare poterit, neque ignis quidem ipse adurere aut immutare, sed manebūt in perpetuum, vtpote quæ æternitatem assequuta sint.

EX IO. ISAACI HOLLANDI LIBELLO DE OPERE VEGETABILI ET DE OPERE ANIMALI COLLECTANEA.

De quinta essentia ex sacchare extrahenda.

MAGNVM arcanum docere te volo quomodo quinta essentia ex saccharo extrahatur, quæ quidem omnia opera vegetabilia excellit propter eius temperiem simillimã cœlo incorruptibili, quod neque calidum, neque frigidum, neque siccum, sed temperatissimum est, attamen ex quatuor elementis compositum est, sed illa inter se non pugnant adeóque iunctà simul & vnita sunt vt ab inuicem nunquam separari possint, sed in perpetuum simplicia & fixa in vnitate permanebunt. Atqui cœlum terræ humorem, calorem, & quicquid ei necessarium est, distribuit, cùm tamen ipsum nec calidum sit, nec frigidum: humidum, nec siccum. Idem etiam accidit quintæ essentię sacchari, quod quidem in se

quatuor

quatuor elementa, vt sol fixa habet, vt sol purus est, saccharum verò impurus, sol exterius est calidus & humidus, interius verò frigidus, siccus & albus: saccharum verò cõtrario modo se habet. Est enim exterius frigidum & siccum, interius verò calidum & humidum, ac rubrum & fixum extra & intra, nec quicquam ei deest, nisi vt quod interius est extra producatur, vtque rubor eius exterius appareat fæcésque inde secernantur, tunc paratum est. Nec enim figi debet cùm iam fixum sit, intra & extra spiritus omnes volatiles & quicquid volatile est apud se retinet. Iam quod sit eius genus dicam, & vnde ortum habuerit scilicet ex arundine, sed si hoc plenius scire velis, lege trigesimum tertiũ cap. de earum rerum generatione quæ in mari & cæteris aquis nascuntur, vbi fusè de eius natura agimus, satis erit si hîc doceamus modum præparationis eius, & quo modo eo in medicina vtendum sit, atque ad alia quibus accommodari potest vsurpandum. Eius est naturæ vt spiritus omnes fugaces retineat & in lapidé figat, vt in sequentibus dicetur. Primùm sciendum est præcipuas fæces separari non posse, nisi interius extra producatur, scilicet vt color eius interior auri colore obscuro

appareat, cúmque ita distillatum est cernitur eius rubor & ignis trans flauedinem aeris aut olei eius combustibilis, tunc primùm potes fæces à quinta essentia separare. Accipe igitur candidissimum & durissimum saccharum. Non est quòd multum labores in eo soluendo & congelando, licet enim adhuc aliquid adsit impuri, illud non impedit quin interius foras producatur, vtique enim purgare oportet cùm rubor exterius sese prodit, sume igitur 10. aut 12. libras sacchari plus minus, vel pro arbitrio, illud tritũ impone cucurbitæ lapideę durissimæ, ac aqua vitæ bis aut ter rectificata, & per balneum distillata perfunde ita, vt illud excedat octo vel nouem digitorum altitudine, ac superposita cappa in balneo feruente distilla vinúmque expelle, fac vt ferueat balneũ quantum fieri poterit, quúmque nihil amplius manebit, permitte vt frigescat, vinúmque rursus affunde, rursúsque distilla ídque sexies aut septies repete, frigefactum aperi, & saccharum exime vasíque vitreo impone, ita vt ignẽ ferre possit, cineribúsque cribratis impone, vinúmque illud rursus superfunde & abstrahe donec paulò plus dimidio exierit, vel potius affunde duos quartarios aquæ vitæ, quibus edi-

ſtillatis illos iterum affunde,prius tamē calefactos aliquantulum ne frangatur vas. Sit igitur cappa in ſummo foramen habens, vt per infundibulum vinum illud infundere poſſis: ſæpe enim illud repetere oportet idque igne vehementi,ita vt vinum vnà cum ſaccharo ferueat in vitro, & quoniam dimidia pars vini ſtatim tranſit,ſtatim ſuperfundenda eſt reliqua pars, ſi enim vinum omne expelleres, vreretur ſaccharum nimio calore, quoniam oportet vt continuò ferueat in vitro ſápere̍tque aduſtionem, adeſt enim ei ſulphur ejus combuſtibile, quamobrem oportet vini dimidium ſemper ineſſe:cùm igitur videris dimidium eius exiiſſe, calefacito id quod exierit,& ſuperfunde,ídque toties repete dum ſaccharum totum ſanguinis inſtar rubrum maneat ; quod trans vitrum cernere poteris. Poteſt autem id octo aut decem diebus fieri prout ignem vrgebis,cùm igitur illud rubere cernes,permitte frigeſcere, & ablata paropſide cum cineribus vas balneo impone, ac feruente eo vinum abſtrahe donec ſaccharum ſiccum maneat,vino penitus ſeparató: cúmque nihil amplius deſtillabit quatuor aut quinq.dies in balneo feruenti relinque,

vt perfectè cōgeletur saccharum, tunc permitte vt frigesiat, ac tandem vase fracto materiam extrahe, quæ picis instar nigra erit, quando scilicet congelata erit. Sume deinde lapideam cucurbitam bene coctam, eíque saccharum hoc impone, ac aquam cōmunem bis distillatam magna copia superfūde, impone balneo & cochleari ligneo agita, ac operculo tege simpliciter, ac in magno calore ad 5. aut 6. dies continuos seruà, mouendo quotidie quater aut quinquies cochleari cooperculóque tegēdo, tum permitte vt frigesiat, dein exime & permitte residere duobus aut tribus diebus, cadéntq. fæces eius omnes in imum cucurbitæ: quod igitur clarum erit, in aliam cucurbitam puram effunde cautè per inclinationem, tege & serua, super fæces verò funde adhuc aquā sublimatā, vt antea, & in balneo triduo, digere, cochlearíque moueto, vt dictum est, permitte vt frigescat & subsidat, quod clarum erit ad id quod antea effudisti affunde, ac rursus super fæces aqua distillata funde, digere in balneo vt antè & agita, & ita omnia repete sicut antea, donec aqua non amplius tingatur, tunc fæces abiicere poteris, nullius enim sunt pretii, quoniam terra elementum est cum igne, aqua, & aere,

nec

nec sunt separabilia, vt in cæteris rebus, sed fixa sunt, simul fac periculum, nihil tibi remanebit præter cineres leues, ardebit tanquam oleum aut pinguedo, nec quicquam supererit non magisquàm si óleum aut adipem deusisses, & quale id foret quod superesset, tale etiã erit id quod supererit ex saccharo. Sume cucurbitam in qua sunt omnes solutiones.i. omnis aqua rubea, & balneo impone superposita cappa, aut permitte euaporari si tibi satis aqua sublimata supersit, ac vsque ad siccitatem edistilla, tũc permitte vt frigefiat, exime ac sublata cappa aqua sublimata affunde, balneóque rursus impone ac cochleari agita, & fac vt domi demũ afferas vas, & permitte vt residat clarúmque à fæcibus effunde, vt antea, ídque toties facito donec nullas amplius fęces relinquat, tunc ab eo separatæ dici poterunt, tandem vitreo vasi furno vt ignem ferre possit impone, ac tandiu elixa & exhala donec superemineat cuticula, tunc exime & colloca in frigido & sicco: aut calido & sicco concrescétque in magna frusta rubea & transparentia, instar rubinorum aut aliorum làpidum philosophòrum: quod si illud in puluerẽ redigere velis, colloca in hypocausto calido in vitro lato & aperto, &

ſine exhalet donec fiat puluis flauus obſcurus tãquam Sol, ita habebis quintam eſſentíam fixam ſacchari,quæ ſpiritus omnes fugaces retinet, nec dulcis eſt, ſed guſtu cœleſti, túncque eam in os ponas, liquabitur, ingredietúrque imperceptibiliter. Si hyems an frigus ſit, videberis intus naturalem quendam calorem ſentire per totum corpus, tibíque adeò leuis & temperatus videberis, vt volare poſſis. Si verò caleas nimiũ ſumpto pauxillo & deglutito, ſtatim refrigeraberis leuiter quaſi balneum frigidum ingredereris, & ita operabitur in calido, humido, frigido & ſiccó miraculo incredibili: cùm autem vti voles, propina eam cum aqua rectificata, aut aqua roſacea, endiuiæ, aut ſcabioſæ, aut per ſe ſolam vt voles, videbíſque mira. Quòd ſi quis ſcabie aliqua exterius laboret aut vlceribus, propina ei intus & ablue exterius vino in quo aliquid huius eſſentię ſolutũ ſit, & ſtatim caleſcet quaſi miraculo. Si quis etiam punctim aut cæſim vulneratus ſit, modò non lethaliter, eíque 3.1. huius eſſentiæ cum vino calido propinetur, abluatúrque vulnus eodem vino in quo & ipſa ſoluta ſit, ſtatim curabitur, ita vt omnes qui id audient & videbunt, obſtupeſcant, ſanat etiam

omnino

omnem caducum, peſtem, alióſque morbos quotquot corpus humanum inuadere poſſunt. Si aurum potabile habeas, miſce eius duas libras cũ libra vna huius quintæ eſſentiæ, ſimúlque in phiala ſuper tripode, aut in balneo ſicco triginta diebus congelato in lapidem, ac rurſus viginti diebus in Athanore ſerua figetúrque alterum cum altero, tum mirabilia operabitur in corpore humano. Potes etiam vbi quintam eſſentiam alicuius herbæ extraxeris, illam (vt dixi de auro potulento) coagulare & figere, & videbis mira. Si velis vt per cappam tranſeat, oportet te tantundem aceti aut aquę vitæ ſuperfundere & diſtillare, ac rurſus recenti aceto, vel aqua vitæ perfundere & extrahere, donec quinta eſſentia aſcendat in ruborem auratum, vt multis in locis à nobis docetur quo modo per alembicum pellendæ ſint materiæ fixæ, per acetum aut aqua vitæ, cùm autem per cappam tranſierit, vis eius millies augebitur, tunc miracula operatur. Hoc in arcanis habeas, eſt enim magnum naturæ myſterium.

INCIPIT OPVS MANVALE, VT EXTRAHATVR Quinta essentia ex melle.

NVNC tibi demonstraturus sum magnum secretum in opere vegetabili mellis, nempe admiranda natura, quippe ex puriori & nobiliori parte florum eliceatur. Natura enim talis est apum, vt optimum quódque extrahant, vt in opere animali fusius describitur, in quo animalium naturas extrahere docetur, & præcipuè capite 84. Scias fili, omne quod Deus creauit bonum in extremis, perfectum & incorruptibile esse, vt cœlum: sed quicquid in hisce inferioribus est, siue in bestiis, piscibus & omni sensili animali, herbis, siue plantis, præditum est duplici natura, perfecta supple, & imperfecta: perfecta dicitur quinta essentia, imperfecta autem fæces, siue venenosum combustibile oleū. separabis igitur fęces, & cōbustibile oleum: quódque remanserit, perfectum est, & dicitur Quinta essentia: perpetuæ erit durationis tanquam cœlum, nullis rebus, neque i-

gne

gne destrui potest. Nam cùm Deus omnia creasset, & intueretur, erant cuncta perfecta, & bona, nulli quicquam deerat: & tibi charitatis gratia dico, Deum omnibus creatis occultam naturam seu influentiam imposuisse, & omni naturæ eiusdem generis communem dedit influentiam, & vnicuique diuerso generi singularem dedit influentiam siue virtutem, siue in medicinis aut occultis operationibus, quæ partim naturali artificio depromũtur. Et plura adhuc latent, quàm quæ nostris sensibus sint peruia. Quid putas? determinatam quandam herbam huic morbo, quem curat, plures in se non continere vires, quàm quę nobis sunt notæ? profectò multò plures. Hoc addo, si huic rei aut herbæ fæces abstrahantur, & oleum combustibile, quod in omnibus est venenum, nobis quod mortem infert, auferētur: & elementa purificentur, simúlque tandem arte comburentur, vt simul per alembicũ transeant, & collectione facta matrimonio copulentur, omnem posse extirpari morbum ex quacunque re herba seu animali, aut veneno idipsum eliciatur, vt in prologo huius libri ostenditur capite. 14. & etiam in prologo operis animalis, in quo modus extrahendi Quinta

Cap. II.

Nunc praxin aggrediar. ℞. 12. quartas mellis optimi virginei,& impone vasi fictili magno,& adde alemb.bis lutatum, & colloca in balneo, & recipiens collo luta, & distilla bullienti balneo quicquid stillare voluerit·Sciat filius,melli non inesse aquã nubis, sed solùm philosophicam & elementalem: elementum aëris primùm transit cum elemento ignis in quo aër continetur,aër refert saporem aquę vitæ destillatæ,& cùm ascendit, primo non potest dignosci ab aqua vitæ, neque visu, neque sapore, distilla donec nihil amplius ascendat. Relinquatur deinde vas in balneo quinque diebus vnà cum alembico & receptaculo,bulliat noctes atque dies, vt materia desiccetur, frigefiat, deinde & eximatur, & amoue receptaculũ & alemb.& quod in recipiente fuerit, infunde in vas super materiam siccam, & imponas balneo scutellam politam, accommoda ori vasis & lutetur optimè, sit verò solùm balneum tepidum. Sciat filius, hoc modo fieri posse, bonum esset vt ignis cum proprio aëre extraheretur, modò quis tam diu expectare velit, maioris redderetur virtutis. Antiqui philosophi ista fecerunt, sed periculum est,

cùm aperirentur vaſa,ne aqua euolet, nam inſtar vini eſt ſubtilis. Nam qualibet vice aer abſtrahendus erit, & rurſus affundere oportebat facta putrefactione in tepido bal neo. Prius tamen lutatione eſt opus, & alãbico appoſito, & receptaculo huius progreſſum reiteres, donec ignis inſtar ſanguinis rubeus aſcendat. Alia methodus noſtro ſeculo eſt reperta, quæ talis eſt:

Cap. III.

Extracto aëre & exiccata materia, vt ſuperius dictũ, eſt ℞. aquæ cõmunis diſtillatæ bis in balneo, & infunde quantum ſufficit, & collocetur in balneo, adde cooperculum ori vaſis non lutatum, bulliat baln. & ita ſit tribus diebus, noctes atq. dies, quater vel quinquies moue ſpatula lignea, frigeſiat, & eximatur, & depuretur, ℞. vas mundum, & effunde, quod clarum fuerit, & ſuper fęces fundas recentem aquam diſtillatam, vt ſuperius egiſti, ponatur vas iterum in baln. & fac vt ſuprà, depuretur & deponatur cum priori aqua, & ſuperaddas rurſus recentem aquam diſtillatam, & ponatur in baln. vt ſuprà: hoc repete, donec aqua non amplius coloretur: tunc habes ignem à terra: terram ceu fæces reſerua donec tibi di-

xero

xero quid inde facias: oleum combuſtibile adhuc adeſt.

CAP. IIII.

℞. vas, in quo eſt aqua colorata, & elementum ignis, & collocetur in baln. appone alemb. lutatum cum receptaculo, & deſtilla aquam omnem per balneum bulliēs, & bene materia deſiccetur, frigefiat, amoue alembicum, & remaneat vas balneo, & affundas iterum aquam materiæ, & ſtrue ignem, & apponas ſcutellam ori vaſis, permaneat autē in balneo tribus dieb. & omni die moue ſpatula lignea ter vel quater, refrigeretur & eximatur, & depuret, ℞. vas mundum, & cautè, quod clarum fuerit, effundito, & ſuper fæces recentem aquam diſtillatam ſtatim proiicito, & circummoueas ligneo cochleari: depuretur rurſus vno die cautè, iterum deponito cum priori, fæces verò quæ remanſerunt addas prioribus fæcibus. ℞. vas, & ponatur in balneo cum alembico & receptaculo, & diſtilla donec ſiccetur bullienti balneo: hunc progreſſum repete, donec in fundo vaſis nullæ remaneant fæces: & ita habebis ignis elementum purū: elementum aëris etiam

toties debet distillari, quoad nullę subsistãt in fundo, hoc modo habebis elemenrum putum. Separa aquam ab igne, & siccetur; transparentem sic habebis materiam & lucentem instar camphoræ, reserua ignem optimè in vitro, aerem cum aqua in vitro cũstodi bene clauso, donec terram habueris præparatam.

Cap. v.

℞. omnem terram cum fæcibus, & abstrahe oleum combustibile per descensum; iunctis simul duobus vasis & lutatis, altero terra sepulto; ignis autem super aliud struatur donec transierit oleum combustibile: conducit frigidis affectibus, & aliis passionibus quas nimis longũ esset recensere: si combustibile oleum non desideres, permittas euolare. ℞. terram & calc. in reuerber. furno suauiter, donec niuis instar albescat. ℞. magnum lapideum vas, & impone albam calcinatam terram, & infunde bonam quantitatem aquæ communis distillatam, & circummoueas ligneo cochleari, & imponatur tribus diebus in balneo bulliente, cooperias vas scutella, & moueas qualibet die decies aut duodecies, refrigeretur & eximatur

ximatur vas,& depuretur vno die. ℞. aliud vas mundum & modeſtè infundas,& ſuper fæces iterum proiicias recentem aquam diſtillatam : reponatur in balneô , & fac vt ſuprà. Exime rurſus & depuretur vno die & nocte:quod clarum ſuperius erit, modeſtè effundas cum priori aqua : tertiò addas aquam diſti llatam fæcibus,& ponas in balneum , fac vt ſuprà : tertiò effundas cum priori , & fæces tertiæ aquæ abiicias : nullius enim ſunt valoris. ℞.vas in quod omnis aqua coniecta fuit , & collocetur in balneo cum alembico & receptaculo, & diſtillando abſtrahe aquam bullienti balneo , donec materia ſicca reddatur. Refrigeretur , amoue alembicum, & affunde aquam ſuper terram aut ſal : ponatur vno die in balneo bullienti,diſſoluetur,depuretur tandem, & exime quod clarum eſt , & ſuper fæces proiicias modicum aquæ diſtillatæ,& ſit duabus aut tribus horis in balneo calido:exime, depuretur hora vna aut duabus , & effundas ſuperiorem partem cum priori , abiice fæces : in illis enim nihil continetur , reponatur vas in balneum cum terra ſine ſale , & diſtilletur aqua omnino ad ſiccitatem vſque, & fac vti ſuprà : eundem progreſſum ex-

ra volatilis:ſic aer,aqua,ignis & terra ſimul aſcendent per alambicum,& redigentur in vnam ſubſtantiam quæ inter 4.erant, vnum ſimul in natura & nunc ſunt ſimplicia,vt incorruptibile cœlum, tamen adhuc non ſunt fixa, ſed ſunt tamen inuicem ſibi copulata, vt nulla re queant ſeparari,ſed in ęternũ permanebit corpus ſimplex,vt chryſtallum & incorruptibile cœlum eſt,tamen cõpoſitum eſt ex quatuor elemẽtis. quid tibi videtur fili? Nunquid hæc quinta eſſentia poterit mederi omni morbo, hominem inficienti propter ſui ſummam temperiem ſiue in calido,frigido,humido,ſicco?omnia in ipſa ſunt vt vnicuique tribuat quod neceſſum eſt,quemadmodum cælum ſi opus ſit terrę frigore, calore,humiditate omnia elargitur,& tamen non eſt neque calidum, frigidum, humidum,ſiccum, ſed eſt vnius ſimplicis eſſentiæ & prædita tali natura vt vnicuique neceſſaria tribuat, eodem modo ſe habet hæc quinta eſſentia. Itaque fili, letare,& Deo max.gratias agas ipſum talia philoſophis contribuiſſe.

Cap. VII.

Nunc fili, ſi hanc quintam eſſentiam ad maiorem perfectionem perducere velis,

℞.magnũ circulatorium aut pellicanum, hoc eſt vitrum habens magnum caput inſtar alembici,& in ſummitate capitis ſit foramen vt infundatur materia per infundibulũ,claudatur foramẽ,è capite proueniũt brachia duo circumflexa ad ventrem vſque,& quod ſuperius aſcendit, iterum per vitrea brachia in ventrem deſcendit pellicani: hæc eſt forma vaſorum in ſe mutuo diſtillantium ſiue pellicani. ℞. quintã eſſentiam,& impone pellicano, diſtilletur n cineribus, ſed melius ſicco præparato ſale,& ſtrue ignem, parem calori ęſtiuo extenſo, & aſcendet quinta eſſentia in formam rubei olei, & deſcendet per brachia pellicani, & per crebrum aſcenſum & deſſenſum incraſſabitur quinta eſſentia ſemper,ita vt remanſura ſit in fundo,&non am plius aſſenſura,tunc fortificandus eſt ignis, vt iterum aſcendat & deſcendat,tunc contine ignem in illo calore, vt non amplius aſcendat, ſed ſubſideat, fortifica ignem, vt rurſus aſcendat & deſcendat, retine calorem in eodem gradu donec ſubſideat: obſerua hunc modum augmentandi ignem donec materia fixetur & igniatur vitrum viginti quatuor horis continuis, & ſi quinta eſſentia non aſcenderit, eſt fixa &
redu-

reducta ad summam virtutem, & eximas vitro adhuc calente, quoniam si frigida sit indurescerct; & opus esset fractione vitri, apud ignem liquefit, & aeri exposita congelatur, & penetrat omne durum, tanquam oleum corium aliquod aridum, colore verò, similis est rubino & chrystallo translucido, lucem reddit in tenebris, lectioni sufficientem. Quid tibi videtur fili? Nunquid admiranda à Deo corpora producta sunt? certè non minoribus donis philosophos dotauit, qui abdita naturæ cernere possunt incredibilis est operationis, ista quippe cũ subtiliora omniũ plantarũ, arborum, florum, frugum ab apibus desumpta sint eo tempore, quo flores producuntur, & arbusta florescunt. Meritò dicitur lapis philosophorum, fixus est & liquabilis vt cera, & vt lapis mineralis; impuriora transmutat metalla, sic iste transmutationi morborum cogruus est, hinc enim patet hunc palmam obtinere inter vegetabilia, quum tamen adhuc est in sua crassitie & impuritate, pauci est valoris eius vsus, in medicina quouis modo coquatur & despumetur, semper retinet suã naturam: constat enim ex omnibus terræ fructibus, plantis & arbustis, vna quidẽ herba est ca-

lida, alia frigida, alia ſicca, alia humida, alia aſtringẽs, alia laxãtia, alia corrodẽtia, alia venenoſa, & ſic diuerſæ diuerſis qualitatibus prȩditȩ ſũt. Hinc fit, vt ſi vni affectui proſit, alteri ſtatim noceat. Nam quodlibet ſecundum ſui proprietatem operatur cùm fit ſeparatio in corpore, & ex hac natura ſanguis ceteríque humores generantur, aſſimilantur tamen pulueri tormentario, quãdiu quieſcit, ex eo nihil mali prouenit, ſed ſi admoueatur igni, ſtatim occultam ſuam virtutem prodit, & accenditur venenoſo igne qui aqua extingui non poſſit. Nam frigidum, calidum, humidm, ſiccum, inter ſe pugnant ventus, excitatur, vt omnia ſibi vicina perfringat, ſimili etiam modo accidit melli, vbi peruenerit ad hepatis regionem, vt ibidem ſaparati poſſit, ſuam ibidem demonſtrat naturam & vim intumeſcendi flatuoſè, vt non mirum ſit per talem pugnã venas hepatis rumpi poſſe, vt quãdoque fit: & hinc apoſtemata diuerſis in locis cauſantur, talem inflationem producit, vt facilè rũpantur venæ, licet multi ſummopere mel laudent, ipſi non fuerunt fili philoſophiæ, neque naturam intellexerunt, verùm cùm producitur ad ſimplex eſſe fixum vt vinũ, ſumma eſt medicina inter vegetabiles,

biles,neque huic ſimilis in mũdo reperitur. Deo gratias agito, & pauperibus commodus eſto,doſis iſtius eſt granum vnũ, & ſumatur omni die ieiuno ſtomacho manè & veſperi in finem morbi vſque, breui tempore quilibet morbus ſanabitur eodem modo quo lapis mineralis proiectionem facit ſupra metalla. Deum lauda, & diligenter labora.

Finis.

MODVS EXTRAHENDI QVINTAM ESSENTIAM EX HERBA ROS SOLIS DICTA.

IAM docebo fili maximum in vegetabilibus rebus mysterium, cuius vis & potestas ab omnibus antiquis artificibus occultata est, seséque alij aliis iureiurando obstrinxerũt ne libris suis aut scriptis vires herbæ quæ Ros solis, Germanicè Syndavv dicitur, proderent. Quisquis igitur integrũ opus vegetabile non habet, nō potest advim herbę illius peruenire: in eo enim opere comprehenduntur omnes vires rerum medicinalium, illúdque opus vegetabilium non peruenit in manus, nisi veterum artificum iuratorum, quíque liberales artes callerẽt, iam verò tibi fili mi aperiam cum adiuratione, vt scientiam hāc occultam serues. Scire debes fili hanc herbam esse herbā solis super quam sol radios suos & influentias expandit, quemadmodum super aurum in venis subterraneis. Influit igitur in hanc herbam plusquam in

vllam

vllam aliam à Deo creatam, vt dilucidè ab antiquis philosophis cognitũ est tãtúmque hæc herba reliquas omnes herbas quæ ex terra oriuntur supereminet quantum sol reliquos omnes planetas qui in cœlo sunt, maioréſque vires habet & influẽdi potestatẽ quàm vlla res alia à Deo creata in firmamento, sic hæc herba reliquas omnes virtute præcellit, itaque alio colore, aliis foliis, aliáque figura prædita est hæc herba quàm aliæ omnes eáque est eius natura, vt quò calidior & siccior est regio & tempus anni solísque ardor, maior quoque sol eam diutius torret, eo magis hæc herba madescit, est enim rore referta, ita vt in eius vna virgula plus mille guttis pendeant. Fac periculum, percute herbam ferula flexili, ita vt decidentes guttulæ in vas vitreum latũ incidant, replebitur vas illud hoc rore mirifico. Quòd si sol vehementer ardeat, illi ramuli breui tempore putà semis hora spatio magis roridi erunt quàm antea, quòd si vigesies ferula rorem deieceris, toties denuo guttis onusta erit. Etsi igitur nihil aliud miraculi cerneremus quàm vnde hic roridus humor oriri potest, qui tam breui tẽporis spatio ita copiosus manat, & quo magis sol torridus reliquas herbas arefacit,

eo magis hæc madida & guttis referta sit quasi aqua perfusa foret. Hinc tamen vires eius admirandas coniicere possemus, eámque aliquid occulti in se habere. Illam igitur aquam in vitro collectam si recondas, curabis ea oculorum morbos omnes siue à defluxionibus sint, siue ab inflammatione, sanat præterea cordis omnes affectus & punctiones. Hepar & ventriculum calefacta refrigerat, omnémque capitis dolorem à calore prouenientem mitigat, omniáque fantasmata tollit, valet etiam ad cancrum mortificandum, ad lupum, ad morsus venenatorum animalium & ad venena hausta si per os sumatur, pesti etiam auxiliatur. Et ad multa alia valet quæ recensere nimis longum foret: insuper hæc herba solis colorem præ se fert, est enim color eius rubicundus, obscurus, flauis radiis intersectus, éstque eius figura in modum stellę, eiúsque proportio planetæ cælestis instar, constátque septem ramulis in extremo latis: ponè verò angustis, éstque veluti pilis referta, cõsistentia tenella extrinsecus calida & humida, intrinsecus frigida & sicca: latus eius sinistrum frigidum est & humidum: dextrum verò calidum & siccum, éstque temperatissima vt aurum, quare eius elementa

separari

ſeparari non poſſunt ab inuicem vt éx aliis
herbis, atqui à fæcibus ſuis purgari poteſt,
impedit etiam eius fixio ne elementa ſepa-
rari queant, aſcendet enim ignis cum aëre
per balneum, vt poſtea docebimus. Terra
verò à fæcibus ſecerni poteſt, & fæces ab
igne & aëre, licet fæces non adeò multas
habeat. Latinis quibuſdam lingua auis dici-
tur, alii Solatiam eam vocant à ſole, quem-
admodum lunariã à luna, Belgæ verò Syn-
douue vocant. At veteres philoſophi vires
eius occultarunt propter admiranda eius
effecta, mirúmque eſt hominem mori poſſe,
vt ait Arnoldus Villanouanus, qui quotidie
de ea aliquid comedat in craſſa ſua ſub-
ſtantia. Quid igitur efficeret, ſi ad ſuam te-
nuitatem adduceretur, & fęcibus ſuis priua-
retur? Hac vi prædita eſt ſi in vitrum proii-
ciatur in quo venenum vino dilutum con-
tineatur, aut aliquod aliud poculum vene-
natum, ſtatim diſſiliet vitrum: ſi verò ſit vas
lapideum, putà alabaſtrites, vinum ita fer-
uebit ac ſi violentiſſimus ignis ſubeſſet, to-
túmque vinum exiliet donec nihil amplius
in vaſe reliquum maneat, ſi quis etiam hãc
herbam geſtans in hoſtes ſuos incidat, ei no
cere non poterunt, immò contrà omnia of-
ficia ei præſtabunt, ſi quis etiam faſcinatus

fuerit,aut in corpore,aut in arte sua putà in coctoria ceruisiæ,aut pistoria, aut quouis alio modo gestata hæc herba eum à fascino immunem reddet. Si etiam puerperæ ventri alligetur, statim elicietur fœtus, & si intus iam putridus esset vt sæpe experimento comprobatum est, hæc herba gestata aut paululũ eius quotidie deglutitum quandiu id fiet ab Epilepsia immunem seruat. Ad hæc si quis Apoplexia corripiatur, ita vt os eius contorqueatur & loquendi facultas corrumpatur sensúsque vnà omnes restituẽtur omnia si æger huius herbæ succũ lino traiectũ bibat, vt sępe experimẽto comprobatum est, insuper si à dæmone obsesso collo appendatur, quandiu eam gestabit agni instar quietus erit, tolletúrque dæmoni sua potestas. Experire,verum deprehendes. Sanguinis ex naso profluuium ea in os sumpta sistitur, illico defessi poto eius succo in vino ita reficiuntur acsi iter nõ fecissent aut non laborassent, adeò neruos, musculos,tendones omnem deníque naturam cõfortat, vulnera etiam,ea pota ex vino aut ceruisia decem dierum spatio vulneréque eo potu abluto, sindonéque eo madefacto obligato, intra id tempus curantur. Dolor dentium ea admota statim sedatur.

datur. Hæc omnia ſæpiſſimè tentata vera comperta ſunt. Quòd ſi talia dum adhuc craſſa materia cohibetur pręſtet,quid fiet ſi ad extremam perfectionem adducatur? Scias fili revera nullam in terris naſci herbam huic comparandam viribus & bonitate, vide igitur ne paruifacias, ſed memoriæ manda,arcanum iis celato qui filiorum noſtrorum numero non cenſentur ac ignaris, niſi ęnim hæc herba adeò copioſa naſceretur,eiúſque vires notæ eſſent,pluris auro & lapidibus prętioſis æſtimaretur, fiũt enim mirabilia quintæ eſſentiæ opera vt inferius patebit: ſupereſt vt doceamus quomodo progrediendum ſit vt eam ad ſummum gradum, & quintam eſſentiam perducamus. Primùm igitur legenda eſt ſole in propria domo verſante, ſcilicet in Leone, luna etiã quadrato aſpectu ſiniſtro illum aſpiciente, legenda inquam integra cum radicibus,foliis & floribus, ita tamen ne quid terræ aut luti vel aliarum herbarum admixtum ſit, nec oportet eam vlla ratione aquam contingere aut madefieri, quapropter vide ne eam pluuio tẽpore, aut humido colligas, ſed potius dum ſol radios ſuos feruentiſſimos in eã vibrat,collige eius

magnam copiam, tere exactè in mortario marmoreo, & impone cucurbitæ lapideæ superposita galea, luta diligenter, & balneo impone cucurbitam, ac recipiens apta luto, omnémque aquam per balneũ distilla donec siccetur instar pulueris, ascendétque aër vnà cum aqua auri purissimi colore, quod in hac tantùm herba contingit, non autem in cęteris: cúmque nihil amplius maneat, relinque adhuc ad tertium aut quartum diem cucurbitam in balneo, & elixa diu noctúque vt omnis humiditas exactè separetur, frigefacto vase deme recipiens quod diligẽter claudes, dein galeam exime materiámque desumptam tere in marmore in puluerem tenuissimum, ita vt per cribrum densum transeat. Hunc puluerem rursus impone cucurbitæ fictili, & superfunde aquam vnà cum aëre, ac cochleari ligneo agita, ósq. cucurbitæ tegula tege aptè balneóq. calido ad nouẽdies impone ad putrefaciendum agitãdo quotidie cochleari ligneo quater aut quinquies, ac rursus cucurbitã tegula tege, addito onere plumbeo, exactis nouem diebus aufer vas ex balneo, & quicquid intus erit, lino traiice in testam aut fictile vitreatum, benéque exprime donec sicca sit materia. Tunc pulue-

rem illum ſiccum repone in ſuam cucurbitam & tege tegula ínque loco calido ſerua donec te doceā quid eo agere debeas. Humor autem ille qui inde manauit rubens erit, adeſt enim ignis elementum vnà cum aëre & igne, infunde humorem illi cucurbitæ lapideæ, & ſuperpone cappam ac bene luta balneóque impone addito receptaculo lutato, omnémque aquam diſtilla cum aëre ſeorſum ab igne balneo feruente, donec nihil amplius diſtilletur, tranſibítque ignis in imo, aufer vas à balneo, benéque obtura donec te doceam quid agēdum ſit: iam reſume cucurbitam lapideam in qua cōtinetur puluis quem ſeruare te iuſſi, eúmque igne & aëre perfunde ac bene agita cochleari, váſque per nouem alios dies balneo calido impone tegula tectum, agitando quater aut quinquies cochleari quotidie, vt antea elapſis nouem diebus quod in vaſe erit exprime, humorémque in vas vitreatum effunde: reliquum verò pulueris alii vaſi impone vt antea feciſti, ac tandiu ſerua, donec te doceam quo pacto oleum combuſtibile elicias: iā reſume vas in quo eſt ignis eíque miſce humorem quem in vaſe vitreato ſeruaſti, vbi ſcilicet eſt ignis & aër, vasíque in quo diu erunt ſuperpo-

ne galeam & luta, balneóque impone & galeæ roſtro recipiens apta tum aquam & aerem feruenti balneo expelle donec nil. amplius diſtilletur, habebíſque in recipienti aquam&aerem, ea aufer ſublatóque vaſe ex balneo, & dempta galea inuenies reliquum in fundo terebinthinę inſtar ſpiſſum, illúdque eſt ignis elementum plurimis fæcibus mixtum. Iam ſecernendus eſt ignis à fæcibus hoc modo, refunde aquã & aerem ſuper id vnde illa extraxiſti, &agita cochleari teguláque tege, ac per quatriduum ſubſidere ſinito, cadéntque fæces in imum, quod clarum erit per inclinationem cautè in puram cucurbitam effunde, ne quid fæcum vnà tranſeat, vas verò in quo ſunt fæces obtura & repone. Hoc verò quod aquã, ignem, & aerem continet, impone balneo ſuperpoſita cappa, & applicato recipiẽti bene luto ſtipatis eóque gradu diſtilla aquã & aerem, cúmque non amplius diſtillabit, aufer recipiens frigefacto vaſe inuenies in imo ignem, quem ſerua in vaſe ſuo obturato, aquam verò & aerẽ reiice ſuper fæces à quibus illa extraxiſti, ac cochleari moueto: deinde per quatriduũ ſubſidere ſinito cautéque à fæcibus in vas ignem continens, effunde, ita ne quid fæcum admiſceatur, tege

vas

vas in quo remanebunt fæces, & repone, vas verò in quo sunt aqua, & aer, & ignis, iterum balneo impone,vt dixi, aquámque & aerem edistilla,semper enim hæc duo simul transeunt, ignis verò in fundo manet, superfunde igitur fæcibus aquam &aerem, & agita cochleari,dein per quatriduũ subsidere sinito (hæc est iam tertia repetitio qua aquam & aerem à fæcibus secreuisti) clarum per inclinationem vasis in vas illud quod ignem continet effunde: tum fæces adde prioribus quas seruare te iussi,in quibus est oleum combustibile, iam ignem ex fæcibus extraxisti,distilla igitur aquã cũ aere cúmque non amplius distillabit, aufer vas,& inuenies in fundo ignis elementum nõdum purum,sed adhuc fæculentum:perfunde igitur illud aqua & aere, cochlearíque bene agita,tectúmque per quatriduum subsidere sinito:clarum in aliud purum vas effunde, vas autem in quo sunt fæces pone seorsim, illud verò in quo sunt ignis, aqua, & aer, balneo impone distillatum quandiu destillare poterit, postea aufer: humorem verò in vas in quo sunt fæces, funde, ac ita fac vt de prioribus fæcibus docui,totiésque repetẽda est hæc operatio, donec ignis elementum habeas,absque vlla fæculenta hy-

facto impone cucurbitæ lapideæ amplæ, aquámque bis sublimatam in magna copia superfunde, nec intereſt quàm multum superfundas, agita bene cochleari ligneo quinquies aut ſexies, ſempérque tegula diligenter obtege, poſt quatriduum permitte vt frigeſcat, & per quatriduum ſubſidat, clarúmque à fęcibus cautè effunde in aliud vas purũ fæcéſque rurſus alia aqua diſtillata perfunde, vt ſuprà, moue cochleari & biduo in balneo ſerua, vt antea, tum ſine frigeſcere & ſubſidere, clarúmque à fæcibus leuiter effunde & adde priori. Id tertio repete, tum fæces reiice, inutiles enim ſunt, aquas omnes extractas per balneum diſtilla, aut vt citius fiat per cineres vt tota aqua exhalet maneátque materia puluerulenta, perfunde iterum aqua diſtillata agita, & per viginti quatuor horas in balneo ſerua, tamen ſine frigeſcere & ſubſidere, clarúmque leuiter à fæcibus effunde eíſque denuò aquam communem ſuperfunde ac moue, balneóque ad decem aut duodecim horas, impone, remoue & ſine reſidere clarúmque effunde cum priori, fæces vtpote inutiles reiice, hoc toties repete, donec nullæ amplius fæces maneant poſtquam ſubſederit. Tunc habes terram ab omnibus fæcibus

rectificatam quam congelabis ſiccabíſque, ita vt ſit puluerulenta. Illam igitur iunge cæteris elemẽtis in vitro,& ſtatim in ſuum elemẽtum reſoluetur, adeſt enim elementum aquæ. Impone igitur omnia furno ſuper cineres, ſuperpone galeam cum recipienti,benéque obtura. oportet autem galeam in ſummo foramen habere vt per infundibulum liquor infundi poſſit, ſempérque obturandum. Accende ignem in furno , & primum adhibe lenem, poſtea verò maiorem donec fermentatum tranſierit, ſed non totum eſt pellendum, ſed relinque adhuc circiter dimidium ſextarium humoris cum aqua, ita vt ſoluta maneat, ſi enim totum pelleres,congelaretur in maſſam duram,frangeretúrque vitrum in fundo. Aperi igitur foramen galeæ ſuperius, & per infundibulum infunde id quod in recipienti eſt. Eſt autem prius calefaciendum ne vitrum frigido humore perfuſum frangatur,ſi verò vitrum frigeſcere permiſeris, impunè poteris in frigidũ infundere. Repete igitur hanc cohobationem decies aut duodecies,poſtea diſtilla quicquid diſtilari poterit, & quandiu per roſtrum alembici aliquid exierit, poſt hanc enim decimam diſtillationem terra non amplius con-

gelabi-

gelabitur, ſed olei inſtar rubei deaurati, in fundo manebit:cohoba denuò affunden do humorem & diſtillando, donec omnia elementa vnà per alembicum tranſeant, ita vt in fundo vaſis nihil penitus remaneat. Tunc Deo gratias age pro ſuis donis mirabilibus quæ philoſophis ſuis diſtribuit eiſque tantam rerum cognitionem largitus eſt,vt in hoc opere omne cœlicum opus explcuerint,quod magis diuinum quàm humanum eſt, mirúmque eſt in hac vita humanum intellectum poſſe has res inferiores ad tantam perfectionem perducere, vt ſupremum virtutis gradũ adeptæ ſint. Eſt profectò Spiritus ſancti mentibus humanis infuſi opus. Aſſero enim quiſquis hanc herbam ita præparatam habet, eum poſſe omnibus corporis humanis defectibus mederi ſiue curabiles ſint, ſiue incurabiles, excepta morte naturali, cuíque à Deo pręfinita. Immò hoc audeo dicere, ſi quis hac quinta eſſentia, aut quinta eſſentia ſacchari & auro potulento in quo perlæ reſolutæ ſint,aut quinta eſſentia chelidonii quotidie ſcrupuli vnius pondere vtatur, eum, Deo iuuante, ante magni iudicij diem nequaquam moriturum:quoniam humores in corpore nullo modo prædominari alii aliis poſſent;

rent, vt mala ſua inſtituta exequi poſſent: cuius rei ego & tu cauſa eſſemus. Itaque ce lato. eſt enim vnum ex vegetabilibus arcanũ maximũ cui theſaurus nullus eſt comparandus. Operare igitur & pauperibus benignè diſtribue, & largietur tibi Deus fœlicitatem.

Sæpe latent humili fortes in corpore vires:
Sæpe liber paucis multa, ſed apta docet.

CRESCIT AGITATA
VIRTVS.

ERRATA SIC CORRIGITO

Prior numerus paginam, posterior verò versum denotat.

Pag.1.in titulo *lege* AQVITANI pag.1.lin.27.volunt ? Q. pag.3.6.astuta pag.6.4.*pro* quæ *lege* hæc. lin. 6.olfecistis: spir. lin. 10.*pro* Quemadmodum *lege* Nam lin.23. concludunt pag.8.28. perforatis, corallis & gemmis pag.9.9. aereum lin.26. infusum pag.17.1. *pro* Et peste *lege* de peste lin.17.sententiam. Etenim pag.18. 21.certat:Socius lin.23.Iosephus Quercitanus lin. 24.meritus p.20.11 certi 25. 4. *lege* centum 15. pro 115. 35.14. intestinorum. 38.27.corporis erant, priuabantur. 42.13. intinctum 44.22. arthritide 58.20.pro Spone V ibidē mercurii,solis 60.24. nunquam 65.26.imitari 66.15. multiplicatione 67 21.præludia 68. 19.alchymiæ 73.2. mercurius 65.5. *lege* morbum venereum 66.19. correptus 67. 16.liquore: lin.17. tincturam 69.10.debilitato,singultu 70.8.colocynthidis lin. 20. *dele parenthesin* ibid. *lege* spiritu 71. 21. ferè omnes p.71.lin.22. *lege* ex Idea med. Petri Seu.Dani: Lepra prima est 77.1.Et humanus ille l.2.*dele* 96.1.sint.lin.2. calami ibid.queant lin.19. altitudine trium digitorum ibid.duos 23.riarum 111.3.habeant lin.6.est: Si 118. 22.accensis: lin.26. liquabis, lin.27.quam 124. 1.elementalibus est lin.2.*dele*, ibid.spiritibus 137.20.auferetur lin.21.comburantur lin. 28. Quintam 141.8.bulliens lin.15.& depuretur 148.18.separari.

Cùm hic meus libellus excuderetur, nonnullis Tornaci occupatus negotiis mihi non licuit typographia interesse: quapropter proxima editione omnia distincta capitibus, cum locuplete indice, tibi exhibebuntur. Hæc interea (candide lector) boni consule, nostrísque faue conatibus. Vale.